Burgus.gi.m.s.i.caſtrũ vel fortiliciũ.Et ca/
ſtra crebra q̇dē ꝑ limites habitacula cõſtituta
burgas vulgo vocant. Jñ burgarius a.ũ.ꝛ hic
et hec burgenſis in eodē ſenſu id eſt caſtrenſis.
Burgulio onis.vel burguliuꝫ in eodem ſenſu
dicitur crinis genitaliũ. Vñ Burgulium ꝑpe
teſticulos creſcens crinis extat.
Buris.ꝯ.t.dꝛ longũ lignum ꝛ curuatũ in ara/
tro.vel potius curuatura illius ligni. ꝛ dicit̃ a
bos.q̄ſi bouis vros.qꝛ caruа eſt ad ſimilitudi
nem caude bouis Pap.vero dicit. Buris cur/
uatura aratri.
Burſa.f.p..i. marſupiũ. ꝛ dꝛ a byrſa.ſe.qđ eſt
corium bouis.quia de corio fit.
Burſella dimi.i.parua burſa.
Buſtarius rij.dicit̃ ille qui corpa cremat vl' ſe
pelit.ꝛ dicitur a buſtum.
Buſticera.cõ.p. dicitur qui vel que ſepulchra
ſtruit ꝛ dicitur a buſtum.ſti.
Buſtifragus.pe.cor.qui frangit buſtũ id eſt ſe
pulcrum ſpoliat mortuum
Buſtulũ dimi.id eſt paruum buſtum
Buſtũ.n.s.dicit̃ ignis vel lignoꝝ ſtrues.vbi
corpora mortuoꝝ cremant̃.et dicitur buſtum
quaſi vſtũ ab vrendo.Et buſtũ id eſt ſepulcrũ.
Buſtura.f.p.id eſt ſepultura.ꝛ dicitur a buſtũ
quod eſt ſepulcrum
Buphthalmon dꝛ aliquis hñs magnos ocu/
los vt bos. ꝛ dꝛ a bus.i. bos.et ophthalmon
oculos. vel ꝺm Jſidoꝝ eſt quidā flos croci.ſi/
milis oculo bouis.ꝛ a grecis nomē accepit
Butanicũ.n.s.eſt quidam liber medicine vel
phyſice qui et herbarium dicitur
Butyrũ.n.s.me.pd.dꝛ pinguedo lactis et ſic
deriuatur a buto qđ ē ſqđdam aīal lacte multũ
abũdans. Inuenitur tñ me.cor.vñ Virgilius
Lac niuiũ butyrũqꝫ nouũ cum melle comedi.
Et ſic cõponit̃ a bos ꝛ vterus vel tyrus. qđ eſt
caſeus. ꝛ dꝛ butyrũ quoddā qđ fit ex lacte.
Buto onis.m.t. eſt qđdaꝫ genus aīalis quod
valde in lacte abundat.et dicitur a buo.is.
Butro onis.m.t.id eſt iuuenis
Butus.a.ũ.id eſt perfuſus.a buo is.
Buxus.m.s.eſt quedā arboꝛ.ꝛ dꝛ a byxos gre
ce. Jñ hoc buxũ.i.lignuꝫ.vel fructus illius ar/
boꝛis.vtrũqꝫ tñ indꝛñter inuenitur tam ꝑ ar/
boꝛe q̄ꝫ ꝑ ligno. Jñ etiā buxeus.a.ũ.de buxo ex
iſtens.ꝛ hoc buxetũ.loc⁹ in quo creſcũt buxi.

## L ante A.

CAath penitentia vel patientia dici
Caball⁹.m.s.i.vilis equus. ꝛ dici
a cabo. Jñ caballinus.a.ũ.pe. ꝓdu
Vel caballus dicitur quaſi cauallus.quia pede
cauat terraꝫ.vel quia pedē hꝫ cauũ vt dextrari⁹
Cabo onis.i.equus caſtratus.
Cabro.m.t.ꝛ ſcabreus.breı.ſunt diuerſa gene/
rũ animalia.et dicitur ambo a cabo.i.equo qꝛ
de putridis carnib⁹ equoꝝ ſepe naſcũtur. Pap.
vero dicit. Cabro vermis dictus a cabone id ē
equo.eo ꝙ ex equo creetur.ſic cabro ſcribitur ſi/
ne.r.in prima ſillaba. Ponit etiā cabro ita ꝙ.r
eſt in prima ꝛ ſecũda ſillabis. Unde dicit. Cra
bro vermis dict⁹ a cabone ex quo naſcitur. Et
hec litera inuenitur in multis biblijs Deutro.
vij. Inſuper et crabrones mittet dominus de⁹
tuus in eos. Quedam autē biblie habent ibi.s
et dicitur ſcrabrones.ita ꝙ .r.eſt in prima ꝛ ſe/
cũda ſillabis. Red Pap.vult ꝙ ſcabrones ſcri
batur ſine.r.ī prima ſillaba. Unde dicit Sca/
brones id eſt veſpe longioꝛa crura habẽtes.Ca
bul in lingua phenicũ ſonat diſplicere. Unde
iij. Regũ.ix.dicitur.ꝙ Hiraꝫ appellauit oppi
da que dedit ei Salomon. terram cabul. quia
diſplicuerunt ei. vnde Dico cabul terram. Sa
lomon quā contulit Hiram.
Cabus bi.dicitur menſura. Unde quarto Re
gum ſexto. Quarta pars cabi.ſcꝫ ſtercoꝛis co/
lumbarum. Et vt dicit Joſephus hoc condie/
bant cibos pro ſale. Item in hyſtorijs dicitur.
Tradunt quidam nomīe ſtercoꝛis dici veſicu/
lam columbe.in qua recipiebantur grana de fo
ris allata. vnde. Eſt menſura cabus.caro ver/
mibus apta cadauer
Cacabus .m.s. pe.coꝛ.i .lebes a ſono feruoꝛis
dictus Feruēdo eñ exprimit hunc ſonũ ca.ca.
ca.ꝺm Hug. Unde. Jn noſtro cacabo propter
pulmenta cacabo. Pap.dicit. Cacabus.vas de
terra.ꝛ etiam de eramento.vnde. Deſipis in ca
cabum ſi fruſtra remoꝛſa retrudis.
Cacephaton id ē turpis ſonus.a cacos ꝛ pho/
ne qđ eſt ſonus vel turpis flatus. Jñ cacepha/
tus id eſt turpis ſonus vl' turpis flatus.quod
et alio noīe dꝛ cacaphonia id eſt cacephaton.
Cacethes.this.m.t.id ē malus mos.ꝛ dicitur
a cacos ꝛ ethis qđ eſt mos. Unde Juuenalis.
Jnſanabile multos ſcribendi cacethes.
Cacexia.xie.vel cacoſia dicitur grece mala vexa
tio.quedaꝫ paſſio eſt.ꝛ dicitur a cacos ꝛ oxi qđ
eſt acutum.vel ethis . quod eſt mos quaſi acu/
tum malum vel malus mos ꝺm Hug. Pap.
vero dicit
Caxeia nomen ſumpſit a coꝛpoꝛis habitu. Nā
grece malum vel vexatio dicitur Fit eñ intēꝑ
rantia egrotantis vel medicantis.
Cachinnus id eſt riſus inutilis et immodara/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tus.et dicitur a cachinnoꝛ.naris vel ꝯponit.
cū con et cygnus qui eſt albus vt nix ꝓpter dē
tes qui videntur albere in riſu.
Cachinnatoꝛ et cachinno.onis.idē.ſ.deriſoꝛ.
Cacodemon.onis.i.malus angelus.quaſi ma
lum ſciens.a cacos et demon.
Cacos grece interp̄tatur malum.
Cacoſyntheon.eſt vitioſa cōpoſitio dictionū
vt. Verſaqꝫ viuentium terga vatigamꝰ haſta.
Cacumen.n.t.i.ſummitas. Jn̄ cacumino.as.
id eſt acuere.in ſomno ſublimare.et coꝛ.mi.
Ouidius. Sūmaſqꝫ cacuminat aures.
Cacus.ci.dꝛ a cacos malū.quia fuit malꝰ. Fu
it em̄ ſeruus Euandri et malus et fur.
Cadauer.n.t.dꝛ a cadēdo.eo ꝙ moꝛte cecide/
rat.aut quia ſtare nō pōt. Dis moꝛtuꝰ aut fu/
nus ē aut cadauer. Funꝰ ſi ſepeliat a funibꝰ ac
cenſis.i.candelis.ſic dictū eſt.ꝗs añ feretrum
papyris cera circūdatas ferebāt. Cadauer ꝯoſi
inſepultū iacet. Jtē funꝰ dꝛ in domo. Cada/
uer dū poꝛtat vel ſepelit vel cremat. Exequi/
as vl' funus dicimꝰ crematū. Reliquias con/
ditū iam ſepultū coꝛpus ꝯſuetudine dicimꝰ.
ꝙ añt dꝛ cadauer.quaſi caro data vermibꝰ ety
mologia eſt. Jnde cadaueroſus.a.ū.i.plenꝰ ca
daueribus.
Cadax.ꝯ.t.i.claudus qui ſepe cadit.
Cades.dis.f.t.vel hoc cades indecli.i.locꝰ vl'
fons vbi erit iudiciū Et interp̄tatur ſanctū vl'
ſanctificans vl' ſanctificatio.
Cadeſa.f.p.i.ſcoꝛtū.vn̄ Gen̄.xxxviij.de Juda
dꝛ Quā cū vidiſſet ſuſpicatꝰ ē cadeſaꝫ.i.ſcoꝛ
Cadex.m.t.i.truncus.ꝛ dꝛ a cado.q̄ſi /tuꝫ.
caſum dans.quod et caudex dꝛ ꝛ codex.
Caducēū.cei.n.s.virga Mercurij cū qua di/
ſcoꝛdiam faciebat cadere in pacē et ſomnū. Jn
de hic caduceatoꝛ.oꝛꝫ.ꝗ lites pacificat. Et pro
p̄rie caduceatoꝛes dicūtur legati pacis.ſ.qui
gratia pacis ferunt legationē inter aliquos.
Caducifer.a.ū.i.ferens caducēū.talē ſcꝫ virgā
Caducꝰ.a.ū.pe.pdu.et cadabundus.a.ū.i.cre
bro cadens. Caducus etiā dꝛ id quod cadere
facit.vt caducus moꝛbus qui etiā conicial' dꝛ
Jtē hoc caducū.ci.eſt illa hereditas que ꝯtin
git alicui ex moꝛte alicuius carentis herede.
Jnde hic caducarius.rij.et hec caducaria.rie.
ille vel illa cui hoc ꝯtingit.ſcꝫ qui accipit ca/
Caduca etiā dicunt folia maloꝝ vel /ducū.
flores quos greci quintinas vocant ſm Hug.
Pap.vero dicit. Caducū dꝛ qd ab vno cadit
in alterū per hereditatem.
Caducū legatū ſm Azo.in ſum. C.de cadu.
toll'.eſt qd deficit poſt moꝛtē teſtatoꝛis q̄cun/
qꝫ rōne. Et quia quibuſdam modis ꝛ rōnibꝰ.
iniquis.et olim legata fiebant q̄nqꝫ caduca.idō
lex ponit vnā rubꝛi.de cadu.tollen.
Cadula oꝝ.i.gutte que cadunt ex pingui car/
ne cum aſſatur vel etiam ex cereo.
Cadurcū.n.s.i.tentoꝛiuꝫ.quia facile cadit qd
ꝛ cadurcus inuenitur. Jtem cadurcū eſt mem
bꝛum virile vel potius femine. Nam ꝓp̄rie ca
durca dicuntur ſūmitates nature femine.ſicut
viroꝝ p̄putia. Alij ſpondam lectuli eē dicunt
Cadus.di.ē vas qd vulgo dicitur barrile. Et
vt dicunt ē vas vinariū cōtinens tres vrnas.
et alio noīe dꝛ ſitula. Jn̄ cadulꝰ li.ꝛ cadiolꝰ li.
Capharnaū interp̄tat ager ꝯſolatōis /dimi.
vel villa pinguedinis.ꝛ ſcribitur p.f. in Pa/
pia. Pōt etiam ſcribi per.ph.
Cayphas.phe.m.p.ꝑ.coꝛ.interp̄tat inueſti/
gatoꝛ.vel ſagax.vel vomens oꝛe. Jnique em̄
oꝛe ſuo iuſtū dānauit q̄uis hoc myſterio pro/
phetali annūciaſſet. Auroꝛa. Ad Caypha ꝓ/
perant conſiliūqꝫ tenent.
Cain ꝓp̄riū nomē viri.et fuit p̄mogenitꝰ A/
de et interp̄retatur lamentatio vel poſſeſſio vl'
augmentatio.
Cainiani heretici ꝑinde ſunt appellati.quo/
niam Cain adoꝛant.
Calabꝛa.f.p.ꝓuincia iuxta apuliam.
Caladꝛius.dꝛij.auis quedā eſt.et dꝛ etiā cara
dꝛion. Leuiti.xi. Sed Deutro.xxiiij.dꝛ Cala
dꝛiū ne comedatis. Auroꝛa. Garrula caradri
on auis eſt illoſqꝫ figurat. Et vt dicunt cala/
dꝛius et caladꝛion ꝓ eadem aue accipiunt.
Calamatus.m.s.eſt quoddā genus ſtricte mi
tre.et dicitur calamatus quaſi caloꝛe machi/
nās coꝙ ſtricta ſit et capiti ip̄reſſa vn̄ Joſephꝰ
Sup caput geſtat pileū ī modū ꝑui calamati
Calamariū.n.s.dꝛ coꝛnu vbi tenet incauſtuꝫ.
Calamiſtratus.a.ū.i.calamiſtro oꝛnatꝰ. Jnde
calamiſtratulus.pe.coꝛ.vn̄ Hiero.in quadaꝫ
epiſtola. Pueros cincinnaculos et calamiſtra
tulos.et ꝑegrina vnguenta olentia deuita
Calamiſtrum.n.s.eſt acus ferrea vel alterius
metalli in ſimilitudinē calami facta.quia cri/
nes obtoꝛquentur vt criſpi fiant.quā in cine
re vel in igne calefacere ſolent qui capillos cri
ſpant vt calamiſtrati ſint.
Calamitas.atis.et dicitur a calamus ꝓ can/
na.quia eſt inanis et vacua inſtar calami.pro
p̄rie quidem calamitas eſt quādo aliquis nec
in re nec in ſpe nec exterius.nec interiꝰ habet.
ſicut canna vacua et vana eſt exterius ꝛ inte/
rius. Vel dicit calamitas a calamis ſtipulis.
Cum em̄ calami ſegetuꝫ frāgunt.ꝛ inde oꝛiūt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fames et miſerie. tunc eſt calamitas. Unde et
quidam dicūt q calamitas dicitur quaſi ca/
damitas a cado. d. in. l. mutata. qm̄ ita calami
cadunt et franguntur. ſed potius videtur ethy
molo. q̄z cōpoſitio.

Calamites. m. t. eſt genus rane. ſic dictus a ca/
lamus. quia moratur in calamis.

Calamitoſus. a. ū. i. miſer et calamitate plen⁹

Calamus. m. s. eſt cāna vel ſtipula ſegetꝫ que
ſuſtinet ſpicam. et dicit a caleo. les. quia im/
miſſo flatu caleſcit. Itē ſm Pap. calam⁹ dicit
penna ſcriptoris. a calamo as. qđ eſt velū po
nere. quia calcat id eſt incauſtum imponit ſu
per cartam. Item calamus eſt ꝓprium nomen
arboris a cauendo. i. fundendo voces dictuꝫ.
Item calamus Ezechiel. xl. eſt menſura ſex cu
bitoꝝ et palmi. Item calamus eſt fluui⁹ am
nis campanie. Item calamus eſt ſpecies aro/
matica. Item calami ſunt haſte candelabroꝝ
facte in modū calamorū. vnde Eſt arbor cala
mus. fit ſcriptoris quoqꝫ penna. Eſt culm⁹ ſe
getis. ſpecies et aromatis extat.

Calaria. f. p. eſt nauis que lingna portat. et di
citur a calon grece quod eſt lignum latine.

Calatus. m. s. i. caniſtrū. vel quoddā gen⁹ po/
culoꝝ ſm Hug. ꝛ dicitur a colon qđ eſt lignū
quia fit ex ligno. vel đr a colo. as. i. pono. quia
ibi ponūtur penſa vel aliud Pap. vero đr Ca
lathi ſunt ciathi. caniſtri de virgis. anguſti in
fundo. lati in ore.

Calcaneus. đr a calx. vel callus. et idem eſt qđ
calx. et eſt aliud q̄z talus. Nā talus eſt ſub cru
ribus. idem et talenus. et ſub talo eſt calcane
us. vel calx.

Calcar. n. t. đr a calcaneus. qꝛ in calce vel cal/
caneo religatur. Et dicuntur calcaria ſtimuli.
animaliū. vñ Ouidi⁹. Nil nocet admiſſo ſub
dere calcar equo. Item a caleo callus de q̄ cal
car venit et calx.

Calcedonius eſt lapis precioſus ſicut dic̄ glo
ſupra Apoc. xxi. calorem naturalem habens
ictu ſolis vel digitoꝝ attritus excandeſcit ꝛ pa
leas ad ſe trahit.

Calcitroſus equ⁹ eſt qui ſolet calce ferire. i. pe/
dibus retro ſe percutere.

Calcula le. i. lixa. vel ſeruus militum. vel nū/
cius curſatilis. vñ Plautus. Video calculaꝫ
militarem.

Calculus plura ſignificat. Nam primo idē eſt
quod ratio. Ut ille habet bonū calculū. id eſt
bonā rōnē. Scđo eſt numerus vel computa/
tio. Unde in legibus. Si quis errauerit in cal
culo. i. non bene diuiſerit numerū. đr errare in
calculo. Tercio eſt ſententia diffinitiua. vñ in
decretis. Non ꝓcedat calculus in abſentem.
Quarto id eſt carbo. vnde Eſa. vi. Et volauit
vnus ad me de ſeraphin. et in manu eius cal/
culus. Sꝫ ibi dicit glo. q calcul⁹ ē lapis igni
tus vel carbunculus qui ꝓpter flammeum co
lorem dicitur ignitus. Quīto đr mīma ps pō
deris. que etiā calcus đr. ſcꝫ quarta ps oboli.
Sexto trāſſumptiue dicit pmiū. vñ i Apoc.
Uincenti dabo māna abſconditū et calculꝫ
candidū. i. premiū. Septimo dicitur lapis le
uis paruus rotundus et duriſſim⁹ ſic dictus.
quia breuitate ſui ſine moleſtia calcatur. Cui
ꝯtrarius eſt ſcrupus. lapillus minut⁹. et aſper
qui ſi inciderit in calciamentuꝫ nocet. et ē mo
leſtus aīo vñ animi moleſtiā ſcrupulū dicim⁹
hinc et ſcrupea vel ſcrupuloſa ſaxa. i. aſpera.
Octauo. eſt idē qđ gladius. Item calcul⁹ di/
citur lapis qui eſt in veſica. Inde calculoſus. a
um. qui talē patit infirmitatē. Itē a calculus
ꝓpter ſimilitudinē calculi dicuntur ſcaqui.
quia leues ſunt et rotundi. vel dicuntur callis
quia ꝑ vias ordinales eant id eſt ꝑ calles ſꝫ cal
culoꝝ ꝑtim ordine mouent. vñ et ordinarij di
cuntur. partim vage. vnde et vagi dicunt. acq
omnino moueri nō poſſunt inciti dicunt Un
et egentes homīes inciti vocantur. quib⁹ ſpes
vltra ꝓcedendi nulla reſtat. vñ Calcul⁹ ē pon
dus minim⁹ lapis enſis acut⁹. Calcul⁹ eſt rō
numerus. ſententia carbo. Morbus. et in lu/
dis ſcaquoꝝ calculus ibit.

Calculator eſt numerator. computator. Et ſꝫ
Iſidoꝝ dicitur a calculis. i. lapillis minutis.
quos antiqui in manibus tenentes ſolebant
numerū computare.

Calc⁹. m. s. i. quarta ps oboli. et eſt mīma ps
ponderis. Item calcos greci dicunt et. o. muta
ta in. u. ꝯuertitur in latinū. et dicitur chalcus
ci. id eſt fex vel es.

Caldaria. f. p. eſt vas quoddā quaſi calidaria
a calidus dicitur.

Caldus. a. ū. ꝑ ſyncopam dicitur ꝓ calidus.

Caleptra vide infra. capullulum.

Calerarius. m. s. dicitur miniſter ferens ligna

Calibs. libis. ꝯ. t. đr q̄dā pplꝰus. et đr a caleo.
les. eo q ſꝑ caleat fodiendo illud gen⁹ ferri qđ
multum abundat circa eos. Inde calibs. bis.
dicitur illud genus ferri. et cor. pe. vnde Lu/
canus in quarto. Non calibem gentes penit⁹
fugiete metallo. Eruerant. ꝛc.

Calidus a. ū. đr a caleo. es. et compatur. Inđ
caliditas tatꝫ. Et vt dicit Pap. Calidus idē
calore effectus. ſcribitur ꝑ vnū. l. Corripit em̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

primā.ſicut caleo les
Caliendrū dr̄i.n.s.i.mitra. vel generaliter q̄c
quid caput inuoluit vt maiorem calorem con
trahat. Vñ Oratius in ſermonibus. Altum
ſagane caliendrū
Caliga.f.p.dr̄ calciamentū crurū ſiue ſit de pā
no ſiue de corio ſiue de ferro.ꝛ dr̄ a calcio as.vel
a caligo gas.quia calige ligantur.vel dicitur a
callo pedum. Inuenitur etiā calicula pro eodē
Vñ aurora. Sume tibi caligas ꝛ veſtē ſtrin/
ge ſequendo
Caligatus a um.i.caliga indutus vel habens
caligas. Unde ꝛ milites caligati dicunt̄ a qui
buſdā caligis ferreis quas ſolēt habere. Unde
quidam. Neronū dictus eſt caligula.qꝛ a pue
ricia inter milites eſt verſatus. Caligula pōt
etiā dici pua caliga
Caligo inis.f.t. eſt obſcuritas ꝛ vmbra ſpiſſi
tudine aeris facta.vel caligo dr̄ fuligo. ꝛ dicit̄
ſic.qꝛ maxime calore aeris vel ignis gignitur.
Vñ. Eſt veſtis caliga nomen caligo tenebre.
Uerbū caligo notat obſcuro vel vmbro. Inde
caliginoſus a ū.i.obſcurus caligine plenus
Calimacus pe.cor.ppriū nomen viri.de quo
Ouidius in de remedio amorꝫ. Calimaci nu/
merus nō eſt dicendus Achilles
Caliope pes.eſt vna de nouē muſis.quaſi calo
phone.i.bona ſonoritas.ꝛ dicitur a calo quod
eſt bonū.ꝛ pōt ſcribi p k Kaliope
Calix.m.t.eſt quoddaꝫ genus poculoꝝ quod
olim ex ligno fiebat.ꝛ dicit̄ a calon.vel pōt de/
riuari a caleo les. Solebāt enī calidam ꝛ frigi
dā potionē miſcere in calice. Vñ calix dict⁹ eſt
a calida potiōe. Et miſcere p miniſtrare ꝛ ppi
nare vinuꝫ.vñ adhuc miſcem⁹ calida frigidis
ꝛ ecōuerſo.vinū ꝛ aquam.ꝛ ecōuerſo. ꝛ cor.li.
Vñ Orati⁹. Fecūdi calices quē nō fecere de/
ſertū. Itē calix trāſūptiue plura alia ſigt. Vñ
vas ſacramēti ſacra ſcriptura voluptas. Paſ/
ſio ſitqꝫ calix eternaqꝫ premia regni. Inde cali
culus.i.puus calix
Callidus a ū.i.ſubdolus. vel p exercitationē ar
tis inſtructus. Et ſic callidus non pro aſtuto
tm̄ ſed pro aſtute etiā docto dicitur. Hic etiaꝫ
dicitur verſutus.quia animū cito vertit ꝛ fa/
cile ad quamlibet fraudem. Inde calliditas.i.
fraudulentia
Callis lis.dicitur ſemita callo pedum perdu
rata ſtricta ꝛ anguſta inter montes. Et eſt cal/
lis iter pecudum proprie.ſemita hominū. vel
callis eſt limes callide iacēs. ꝛ ſm h̄ dicitur a
caleo les.pro callide ſcio
Callus.m.s. id eſt duricies pedū qua terram
calcamus.ꝛ etiam manuum duricies interioꝛ
dicitur callus.ꝛ etiam cutis lardi. Inde callo
ſus a um.i.pinguis carnulentus callis plen⁹.
Inde etiaꝫ calloſitas.id eſt duricia. fortitudo
pinguedo. Unde Callus duricies dicatur ſe/
mita callis
Calo.m.t.dicitur ille qui portat ligna. Calo/
nes etiam dicunt̄ galee militꝫ. Vñ. Ponere
dico calo:ſed refert pondera calo.
Calobalſamū n.s.dicit̄ lignū balſami.vel li/
quoꝛ emanans de ligno eius trito.
Calon grece dr̄ lignū latine
Calopodium.n.s.i.baculus ligneus vel pes li
gneus.ꝛ dr̄ a calon ꝛ podium.quod eſt bacul⁹
quo terre innitimur.vel a calon ꝛ pos.i.pes.
Caloꝛ loris.dr̄ a caleo les
Caluaria.f.p.i.locus patens ſup duo ſuperci/
lia. Vñ vt in euangelio habetur. Locus in q̄
decapitabant̄ latrones.locus caluarie appella
batur.ſ.ppter caluiciē abſciſoꝝ capitum q̄ ibi
iacebant vel propt̄ oſſa calua exiſtētia ibi.ꝛ dr̄
hebraice golgotha
Caluaſter.i aliqꝫtulū caluus
Caluiciū.n.s.ꝛ hec caluicies ei.locus patens
ſup duo ſupcilia
Calūnia.f.p.eſt accuſatio falſa crimē falſo ob
iectum.iurgium aliene litis. Uel eſt petitio in
iuſta ex certa ſciētia in iudicio facta.ꝛ iuſte pe/
titioni iniuſta reſpōſio.vel ē falſi criminis im
poſitio.ff.de verbo.ſig.l.infra.in pn̄.
Calūniatoꝛ.i.falſus accuſatoꝛ.vel qui ſcient̄
alicui falſa crimina imponit vexandi occaſiōe
Calus li.eſt vas vimineum. vel de ſalice p qd̄
muſta colantur
Caluus.m.s.dicit̄ carens crinib⁹ in fronte ca
pitis. Inde caluulus.i.paru⁹ caluus
Calx.m.p.dr̄ prima ps plante.vel potius po/
ſtrema.que ꝛ calcane⁹ dr̄.ꝛ dicitur a callus ſed
hec calx cis.i.cementum.ꝛ tunc dicitur a cali/
dus quaſi calix.quia ex lapide calefacto ꝛ adu
ſto fit calx. Etiā ponitur pro fine cuiſlibet rei.
ſicut dr̄. In calce libri.pro in fine libri. Vn/
de. Pars pedis ē hic calx.cōbuſtus calcul⁹ hec
calx. Sed Pap.dicit. Calx lapis coct⁹ aq̄ ac/
cendit̄.oleo extinguit̄
Cama.f.p.eſt quoddā genus lecti breuis ꝛ cir
ca terraꝫ.qd̄ ꝛ h̄ cama matis.inuenit̄ in Am/
broſio de officijs. Etiaꝫ ſm Iſidoꝝ. Cama eſt
quedā pticula ſnie. Vñ. Dormit inops cama
cōbuſſit pgama cauma.
Cambyſes pe.pdu.ppriū nomē. Vñ Aurora
Rex Nabuchodonoſoꝛ Cābyſes dict⁹ i anno
Cameleon leontis.m.t.quoddā aial dictum a

camelus. ꝛ dicitur ſic. q2ſ3 ſit aſperſus albis maculis vt pardus. colloq3 equo ſimilis. pedibus bubalis. capite tn̄ camelo eſt ſimilis ſm Hugꝰ. Papias dicit. Cameleon ſimilis lacerte quadrupes. ſ. ſub aſpectu mutat colorem. et viuit de aere. vide ſupra allec.

Camelopardus dictus eſt eo q camelo ꝛ pardo ſil'is ſit.

Camelus. m. s. eſt animal gibboſum. ꝛ dr̄ a cami qd eſt breue vel humile. q2 cum cameli onerantur vt breuiores ꝛ humiles fiant: accubāt. vel dicit a camur quod eſt curuū. q2 curuus ē dorſo. Itē camelus me. p. eſt funis nauticus

Camena ne. f. p. i. cantilena vel muſa. quaſi canens amene vel canens melos. ꝛ produ. penl'. Unde Oratius. Surge ꝛ inhumane ſeniu3 depone camene

Camerus a um. i. curuus. ꝛ dicit a camur. qd eſt curuū. Inde camera. f. p. i. curuatura. Un̄ ꝛ camera dicit locus ſecretus vbi cubamꝰ. eo q quandā curuaturā ſolet habere in ſupiori pte. quaſi ad modū celi que teſtitudo dicit ꝛ lacunar. Inde camerariꝰ. i. cubicularius vel pediſſequus. ꝛ cameraria. i. pediſſequa. Inde cameratus a um. i. curuatꝰ. vel cameris ornatꝰ. ꝛ cōponit. bicameratus a ū. tricameratꝰ a um. Un̄ Eſt camur curuū. camerā dic inde venire

Camillus. m. s. i. puer ingenuus. qui camera3 ſolet frequentare. Inde etiā camilla. f. p. ꝛ dicit puella igenua. Inueniūt etiā he due ptes i alio ſenſu. i. pro pueris ſacerdotū. Unde Macrobius de ſaturnalibꝰ. Camillos inquit ꝛ camillas appellabāt flaminum. flaminarūq3 miniſtros. Et ſm hoc tm̄ valet camillus quantū miniſter ꝛ camilla quantū miniſtra. Unde ꝛ Mercurius inuenit appellari camillus. q2 miniſter eſt deoꝝ

Caminus. m. s. pe. pro. i. ignis vel fornax. ꝛ dicitur a caumate ſm Pap.

Camiſia. f. p. dr̄ a cama. q2 in ca dormimꝰ. in camis. i. in lectis noſtris vel ſtratis: Uel dicitur ſic. q2 olim fiebāt de canabe. Inde camiſiatus a ū. i. qui habet vel indutus eſt camiſiam. Inde camiſiola. i. pua camiſia

Campana. f. p. me. p. dr̄ a campania prouincia. q2 eius vſus primū ibi repertus eſt. Inde hꝫ campanula ꝛ hec campanella. ambo dimi. In̄ etia3 campanarius. i. qui facit campanas. In̄ hec campanaria rie eius vxor vel que campanas facit. ꝛ hoc campanile lis. turris in q̄ ſunt campane

Campania. fe. p. eſt prouincia cuius caput eſt capua.

Campeſter con. t. vel cāpeſtris ꝛ hoc campeſtre adiectiuum. ꝛ hoc campeſtre ſhuius campeſtrꝫ ſubſtantiuū. veſtis gladiatorum qua tm̄ genitalia tegunt dicta ſunt. q2 iuuenes dū nudi in campo Martis gladiaturam exercebant. illa veſte pudenda cooperiebant. Dicuntur etia3 cāpeſtria lūbaria. ſuccinctoria perizomata ſm Hugꝰ. Et hoc eſt quod ali dicunt. ſq campeſtria dicuntur id quo virgines olim pudibunda tegebāt. vt perizomata

Campiductor maſ. t. i. pugil ſeu ductor vel capitaneus

Campio onis. m. t. i. gladiator vel in cāpo duellū exercens. ſ. pugnator

Campus. m. s. proprie eſt planicies terrarū. et dicitur a cami. quod eſt breue ꝛ humile. q2 eſt humilis ꝛ breuis pedibus. non erectꝰ vt mōs ſed iacēs. Unde ꝛ grece podion dicitur. Inde cāpulus ꝛ cāpellus ambo dimi.

Camur grece. latine dicit curuū. Inde camurus a ū. i. curuus. ꝛ hi camures murum. boues alti ꝛ decuruati. vel deriuat a cami qd eſt breue q2 habent cornua breuia

Cana vicus eſt galilee. Un̄ Simon dictꝰ eſt cananeus. Johā. ij. Nuptie facte ſunt in cana galilee. ꝛ interpretat zelus vel emulatio

Canabū. n. s. dicitur a canna propter ſilitudinē canne vel a greco cannabim qd dicūt greci Inde hec cannabis bis. p codē. ꝛ pro chorda inde facta. ꝛ cor. pe. Un̄ Perſius. Tunc mare trāſiliens vt chorde cannabe vultū

Canalis. f. t. ꝛ hoc canale lis. a canna dr̄. q2 caua eſt ad modū canne

Cancellarius. m. s. dicit ille qui facit cancellos. Et cācellariꝰ dicitur in curia imperatoris ab illa ſigtione ſm quam cācellus dr aula palacij. q2 ſemper habitat in cācello ꝛ in aula palacij. Cū eni theſaurus impatoris eſſet in cuſtodia ipſiꝰ ipe iuxta theſaurū manebat q̄ erat repoſitus in cancello. Uel cācellariꝰ nomē accepit a cancellando. Cācellare eni eſt lineā ducere vel dānare. Unde littera vl' ſcriptura que damnatur cum linea per medium ducta dicit cancellata. Et inde dicitur cancellarius cuius officium eſt reſcripta vel reſponſa impatoris ꝛ mandata inſpicere. ꝛ male ſcripta cancellare. ꝛ bn̄ ſcripta cū ſignaculo ſuo ſignare. ꝛ ſigillum eis imprimere. Inde cancelleria. tā pro illa q̄ habet illud officiu3. q3 pro vxore cancellarij ꝛ eius dignitate

Cancellus. m. s. ē aula palacij. paruū foramē parietis. interſticium int propugnacula murorꝫ. parietes ſine tectura. ſicut qui claudun

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

choꝛ. Pap. ſo dicit. Cancellus cantoꝛ exce/
lens locus. Inde cancellarius. qui in cācellis
pꝛimus ē. Dicitur etiam cancellus feneſtra re
ticulata. Pꝛouerbioꝛū. vij. De feneſtra enim
domus mee per cancellos proſpexi. Et dicitur
a cancer cri.

Cancer cri. m. s. dicitur a concha. q̄ꝛ eſt tota cō
cha. Et nota ꝙ cancri viuūt de carnibus oſtreo
rū miro ingenio. Nam quia validam teſtā co/
rū aperire nō poſſunt. explorant quo ad oſtrea
clauſa teſtarum aperiant. ⁊ tunc cancer laten/
ter lapillū inijcit. ⁊ impedit a cōcluſiōe oſtreo/
rum carnes coꝛrodit. Item Pap. dicit. Can/
cer cancri animal dictus. q̄ꝛ inteſtina in mo/
dum concharū habet. Cancer etiam eſt quar/
tū ſignū in celo dictus. q̄ꝛ cum ad eum ſol ve/
nerit retrograditᷣ in modum cancri. Dicitᷣ etiā
cancer pro moꝛbo. Et ſm antiquos fuit gene/
ris neu. ⁊ fecit genitiuus canceris. Vñ. Eſt can
cer animal ſignū vitiūq̄ꝫ malignū. Cancer ris
moꝛbus. cancer cri ſtellaq̄ꝫ piſcis.

Candacis. f. t. quedam regina fuit. ⁊ coꝛ. penl.
Unde Auroꝛa. Candacis regina virum dire/
xerat iſtum. Et vt dꝛ in hiſtoꝛijs. Omnes re/
gine ethiopū dicebantur cādaces. ſicut roma/
ni imperatoꝛes dicebantur ceſares. Nec habe/
bant regimen regio illa niſi a feminis

Candela. f. p. dicitur a candeo des. quia accēſa
candet

Candelabrum. n. s. pe. pro. dicitur a candela.
quaſi candelaferum. q̄ꝛ fert candelam. vel di/
citur candelabrū quaſi candele latoꝛiū

Candidarius. i. pelliparius qui coꝛia facit al/
ba. a candeo. Item candidarius etiaꝫ vocatur
qui lauat pannos. Inde candidaria. f. p. i. lo/
trix que lauat pannos

Candidat9 a um. i. dealbatus

Candidulus a um. i. parū candidus. dꝛ etiam
candulus per ſincopam idem. Unde Iuuenal'
Pꝛebenda gladio pulcra eſt ⁊ candula cōmunt
Inuenitur etiam candiculus a um. i. candid9
vel candidulus. Unde Merbotus in libello
de lapidibus. Tertia candiculis tribus eſt in/
ſcripta lituris.

Candidus a um. i. ſplendidus vel albus

Candus. m. s. eſt veſtis regia

Canicies ei. ⁊ hec canitudo. f. t. in eodeꝫ ſenſu.
albedo crinium generata ex malis humoꝛib9

Canicula. f. p. ⁊ hic caniculus. a canis diminu
tiua. id eſt puus canis. Canicula etiaꝫ dicitur
quedam ſtella in quam ſm poetas fuit muta/
ta canicula hycari. Inde hic ⁊ hec canicularis
⁊ hoc re. vt dies caniculares in quib9 canicu/
la regnat ſm Hug. Papias ſo dicit. Canicu
la vel canis nomen ſtelle que eſt vicina thauro
que ⁊ ſyrus dicitur. eſtiuis mēſibus in medio
centro celi eſt. Et cum ſol ad eam aſcēderit. du
plicatur caloꝛ. ⁊ diſſoluuntᷣ coꝛpoꝛa. vñ canis
dicitᷣ q̄ꝛ coꝛpoꝛa moꝛbo afficit

Canis con. t. eſt animal latrabile. ⁊ dicitur a
cano nis vel canoꝛ noꝛis. Inde canicus a um
⁊ caninus a um. i. de cane exiſtens. vel ad canē
pertinens. vel canis dicitᷣ a cynos grece quod
canis dicitur latine. Item canis eſt piſcis ma
rinus. Itē eſt ſidus celeſte. Unde. Nat canis ī
ponto. latrat extra. fulget ī alto. Et nota ꝙ ſm
Iſidoꝛ. xij. ethimo. canibus nihil ē ſagacius.
plus eni ceteris animalibus habent. Nam ſo
li ſua nomina recognoſcūt dños ſuos diligūt
dñoꝝ tecta defendūt. pro dominis ſuis ſe mo
ri ſubijciunt. voluntarie cū domino ad predā
currūt. coꝛpus dñi ſui etiā moꝛtui cuſtodiunt
⁊ non relinquūt. quoꝝ poſtrema nature eſt ex
hoīes eſſe non poſſe

Caniſtrum. n. s. dicitur ſpoꝛtula vel vas de fo/
lijs palmarū contextum ad poꝛtanduꝫ panes
quod flexis cannis cōtexitur. ⁊ dicitur a canna
q̄ꝛ de cannis cōtexitur. Vel dicitur a canus a ū
quia cana. i. poma que ſunt cana. i. lanuginoſa
ibi ponuntᷣ. Inde caniſtrellum. i. paruū cani/
ſtrū. Vñ: Spoꝛtula de cannis ferᷣ cōtexta cā/
niſtrū

Canna. f. p. plura ſigt. Nā cāna poīt
p arūdine. p cāna gule. ⁊ p qdā fluuio. Iñ cā/
nella le. f. p. dimi. i. pua cāna. Inde cannetum
. n. s. eſt locus vbi creſcūt cāne. Inde cannula
f. p. dimi. i. pua canna. Inde cannoſus. locus
vbi multe canne creſcūt. Inde cannalis con. t
⁊ hoc le. i. ad cannam ptinens. Et cānale. n. t.
⁊ eſt fiſtula vel lignū ducens aquam

Canon nis. m. t. grece. latine regula. conſuetu/
do approbata ſiue īſtitutio. iiij. diſ. canon. Et
in vna ſignificatione eſt id quod in cōcilio ge
nerali vel prouinciali ſtatuitur. Et ſic capitur
de ꝯſti. c. canonū ſtatuta. In alia ſignificatiōe
videtᷣ eſſe id quod ab emphiteota de re empht
teotica ſoluitur. ⁊ ſic videtᷣ ſumi ab Azo. in ſū.
. C. de iure emphiteo. ẜ. ex hoc autem cōtractu.
Etiā dicitᷣ illud qđ ſumitᷣ pro pedagio vel ve/
ctigali. ff. de publi. ⁊ vecti.

Canon largitionalium tituloꝛum eſt ſūma tri
buti. ⁊ preſtatur de regulari preſtatione a pro/
uincialibus fiſco. Et dicūtur tituli qui ex ſpe
cialibus titulis. i. litteris breuibus cauta legū
tur. vt. C. de iurᷣ. fiſci. l. pe. ⁊. C. de āno. ⁊ tribu.
. l. iij. §. acceptationes.

Canon frumentarius vꝛbis Rome eſt certus



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

numerus menſurarum frumēti qui ſingulis an/
nis metebantur Rome.l.i.ꝛ.ij.eo.ti.li°.xi.qđ
erat etiam de oleo. Et contra hoc nō licebat ali
cui bñficiū vel indulgentiā aut priuilegium
impetrare.ꝛ ipetratū nō valuit. vt ibidē dicit.
Canonica eſt ius quod puenit ex lectione ꝛ re
ceptione in fratrē.vel eſt ius pcipiendi fructū
pbende ſiue redditus.c.relatū.de preben.
Canonica monitio eſt quando interuenit ci/
tatio cum tribus monitionibus vel vna pem
ptoria tres continens.de qua in.c.cōſtitutio/
de ſen.excō.li.vi.
Canonica portio de canone deputata eccl'ie p/
rochiali de relictis prochiano defuncto illi ec/
cleſie vbi eligit ſepulturam cū alibi ꝙ in pro/
chiali eligerit eam. Et eſt ſm varias ꝯſuetudi
nes alia ꝛ alia. Nā alicui medietas. alicui ter
tia.alicui quarta dat.de ſepul.c.certificari
Canonica eſt nomen tituli ꝛ iuris. Prebenda
do nomen facti.ꝛ cadit in extraneum. vt no/
tat Inno.in.c.cū.m.de conſti.
Canonicus a um.i.regularis.quod ſubſtanti
ue dicit hic canonicus hec canonica.tā pro fe/
mina regulari ꝙ p eccleſia vbi regulares mo/
rant. Quelibet tñ eccleſia inuenitur dici cano/
nica. Naȝ in qualibet regulariter viuere debēt
Canopeū.n.s. dicit cortina ſbtiliſſima inſtar
retium.plexa texta ꝛ feneſtrata.vnde lecti no/
bilium ornant ad arcendos culices ꝛ muſcas
ꝛ dicit a canopus vel canopia pie.que eſt que
dam ciuitas egypti.qꝛ in egypto hmōi rete p/
cipue habent. Vñ Iuuenalis. Ut teſtudineo
tibi lectule canopeo. Uel vt alij dicunt. cano/
peū deriuat a canos qđ eſt ſūmitas galee. ꝛ tūc
canopeū dicit q̄ſi conū petens.qꝛ ad ſilitudi/
nē coni a lato tendit in acutū ad modū reticu
lorū que cā arcendi pulueres ſup altaria collo
cant. ꝛ tūc ſcribit p o in pma ſillaba
Canopus vel canopia. ciuitas egypti eſt a Ca
nobo gubernatore Menelai.mutata littera b.
in p.
Canor oris.m.t.i. ſon⁹.ꝛ pdu.no in obliq̄s
Canorus a ū.i.dulcis ſuauis cantu gratus
Cantaber a ū.ꝛ hic cantaber eſt populus hyſpa
nie.a noie vrbis dictus.ꝛ hiberi amnis cui in
ſidet.ſic dictus
Cantabrum.n.s.i.purgamentū frumenti vel fa
rine.vel cibus caninus quo canes paſcunt
Cantarida f.p.dicit vermis terrenus corro/
dens cadauera
Cantarus maſ.s. eſt quoddam vas vinarium
.ſ.crater.ꝛ dicitur a cano is. quia ſcātando por
tatur. Et ſunt plura idem ſignãtia. Vñ Canta
rus ꝛ patera calices ꝛ pocula crater. Cyphus
apud veteres tractant cornua cōche. Cymbia
vel cyathus cacheſia iungit iſtis.
Canterius.m.s.dicit equ⁹ caſtratus
Cantes plis numeri dicunt fiſtule organorum.i
quibus cāt⁹ moderat. Uel vt Marciano pla
cet. Cantes dicunt dece ornamentorum
Canticum.n.s.vox cantantiū in leticia: laus
Item canticum pſalterij eſt cum id qđ orga/
nū modulat poſtea cantans loquit. Quidam
etiā liber Salomonis intitulat.cantica cāti/
corum p excellentiam. eo ꝙ oibus canticis prefe
rat.ꝛ dr̄ hebraice ſyraſirim
Cantilena.f.p.dr̄ a cantus ꝛ lenis. non eni dr̄
eſſe cātilena niſi ſit cant⁹ dulcis ꝛ lenis.i.ſua/
uis ꝛ nō aſper
Cantus us ui.dr̄ modulatio vocis. ꝛ dicit a
cano is. Sed cantus ti dr̄ curuatura vel circū
ferentia rote.ſ.lignū quod terram calcat cui ra
dius infigit. Vñ Perſius. Uertentē ſeſe fru/
ſtra ſecta bere cantū
Canus a um.a caneo nes.ꝛ canicus a um.ꝛ h
canus ni.tā pro illo qui canet ꝙ p capillo qui
in capite canet. Vñ. Miles pce cani cuȝ cri/
nes ſint tibi cani
Capa.f.p.dr̄ a capit.qꝛ eſt ornamentū capitꝭ
vel dr̄ a capio is.qꝛ capit totum hoiem. Inde
capatus a ū.i.capa indut⁹.vl' qui hȝ capā. Iñ
h caputiū ꝛ eſt idē qđ capa. Iñ capula.i.pua
Capacul⁹ li.dimi.i.aliꝙtulū capax. / capa
Capadocia.f.p.eſt quedā ciuitas. Vñ regio i
qua eſt illa ciuitas. dicta eſt capadocia. Inde
capadox docis.cō.p.tam gentile ꝙ patrium.et
cor.pe. Unde Iuuenalis. Quanꝙ ꝛ capado/
ces faciant equiteſꝙ bythini. Et ſm Papiā.
Capadoces orti ſūt a Maſloth filio Iaphet
Capana.f.p.i.vilis caſa. vel domus palea coo
perta.ꝛ dicitur a capio. qꝛ capit tm̄ vnum vel
vineis cuſtodiendis.licet alie dicantur capa/
ne ſȝ improprie ſm Hugē. Papias etiā dicit.
Capana a ruſticis dicta.qꝛ vnum tm̄ capiat.
.i.tugurium
Capapellis hui⁹ capapellis cōponit ex abla/
tiuo ꝛ nrō.ſicut legeius.quod in rethoricis in
uenit.qꝛ dicit capapellis.q̄ſi pellis cū capa
Capax.o.t.q̄ aliqua in ſe capere pōt ꝛ ꝯtinere.
Capedo dinis.f.t.i.ingeniū ſtudium vel ſpa/
cium.ꝛ dr̄ a capio pis. Unde p cōpoſitionem
hec intercapedo dinis.i. diſtantia localis in/
ter duos parietes. Item capedo vel capice dr̄
q̄dā piſcis
Capella.f.p.dimi.a capra:ꝛ dicit parua capra
Etiaȝ capitur pro parua eccleſia que nec habet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

baptiſmū nec cemiteriū. ⁊ dr̄ a capra. q₂ olim tabernaculū de pellibus caprarum erat coopertum. Inde hec capellula le. i. parua capella. Iū hic capellanus tam pro ſacerdote illius eccleſie q̄₃ pro prochiano. Iū capellana capellane. Inuenit etiam capellanus a ū. adiectiue. Capella etiam pro eccleſia dicta eſt q̄ſi capiens laos. i. populū vel laudem

Capellus. m. s. qđ ⁊ hoc capellu₃ inuenit. dr̄ a capillus. q₂ capillos tegit ⁊ caput. Qđ aute₃ dr̄ capell⁹ q̄ſi capit₃ pell⁹ ethimo. ē nō compoſitio. Inde capellatus a ū. i. capello tectus

Caper. m. s. i. hirc⁹. ⁊ dr̄ a carpo is. eo q carpat virgulta. vel a capio. q₂ capit ardua vel aſpera vel dicit ſic ſm quoſdam a crepitu cruriū ſuorū. Inde hec capra pre.

Capi. n. g. indecli. eſt quedā menſura

Capitiū. n. s. eſt os tunice vel alteri⁹ veſtis vnde caput imittit. ⁊ dicit a caput. Vñ Job. iij. Quaſi capitio tunice ſuccinxerūt me.

Capidula le. dimi. i. pua capis

Capiliciū. n. s. venit a capillis. ⁊ idem ē qđ capillatura. Unde Marcialis. Draconib⁹ circūplexa crebro ⁊ capellicio fulſa. Vñ capillicīū capillatura capillamentū oīa idem. ſ. capillo₂ ornatus vel ſpiſſitudo capillo₂. Etiā capillamentū dr̄ coma arbo₂

Capillus. m. s. dicit quaſi capitis pilus: ⁊ dicitur a caput. Inde capillul⁹. i. paruus capill⁹ ⁊ capilloſus a um i. plenus pilis. ⁊ capillat⁹ a um. q̇ multos vel longos h₃ capillos. Et eſt capillus tā viri q̄₃ mulieꝝ. Vñ. Eſt cōma quadrupedis. colubri iuba ſiue leonis. Ceſaries hoīs crinis ꝓprie mulieris. Vni⁹ ⁊ illius bñ dicit eſſe capillus

Capis idis. f. t. eſt quoddā vas. qđ vulgo dicit caſa. ⁊ dr̄ capis quaſi capiēs hydros. id eſt aquas. Et facit actm̄ ī es vel in as. vt capides vel capidas. vñ magis grecū oſtendit

Capiſteriū. n. s. eſt quoddā vas cum quo frumenta purgamus. ⁊ dicit a capio

Capiſtrū. n. s. in ſingulari. ſed in plurali maſ. vel neu. eſt quoddā ligamen cū quo equus vel aliud aīal ex p̄te capitis tenet. ⁊ dicit a caput. q₂ caput iumento₂ ſtringit

Capitalis lis. n. t. vel capitalē lis. tam p pecunia vel pena capitali. q̄₃ etiam pro ſentent a de capite puniendo

Capitalis cō. t. ⁊ hoc le. i. res capitis vel pertinens ad caput. Papias ſic dicit. Capitalis aſtutus verſutus ſuperbus. Capitale caput pecunie vel ſors

Capitatus a um. poteſt eſſe nomē a capite qui h₃ caput. ⁊ pōt eſſe p̄ticipium huius verbi capito tas. quod eſt alicui caput facere

Capitcenſus us m. i. corona que in capite geritur vel taxatio paſſionum. Et adiectiue capitecenſus a um. qui de capite ſuo annuatim reddit ſenſum. i. tributū. vel qui in capite gerit coronam

Capitellū li. n. s. eſt dimi. de capitulum in q̄libet ſui ſignificatione. Unde ⁊ capitella dicuntur que ſupponuntur columnis. q₂ columnarū ſunt capita. quaſi ſuper collū caput. que grece dicuntur epiſtilia

Capit₃ diminutio eſt ſtatus cōmutatio. vt qñ liber efficit ſeruus. Et eſt triplex diminutio capitis. ſc₃ maxima media ⁊ minima. Minima eſt qñ q̇s nec ciuitatē in qua morat. nec libertatē amittit. ſed tñ patit ꝯtra ſe ſtat⁹ cōmutationē vel minorationē circa familiā. vt qui ſui iuris eſt alieno iuri incipit eſſe ſubiectus. veluti p arrogationem. aut cū quis emancipat q̇ primo erat in aliena p̄tāte. Media eſt cū ſalua libertate ciuitas amittit. vt cum q̇s deportat ſeu relegat ad exiliū p quinquēniū vel bannitur. Maxima eſt cū ciuitas amittit nec libertas retinet. vt cū deportatur quis in inſulā ⁊ ſeruus efficit aut in metallū damnat. ⁊ ſic etiā bānitur in opus metalli. vel ſi maior vigiti annis patit ſe venundari ad precium participandu₃ vel ſi manumiſſus in ſeruitutem ex ingratitudine reuocet

Capito tonis. m. t. q̇dā piſcis a quātitate capitis ſic dictus

Capitolinus a ū. pe. cor. i. de capitolio exiſtens vel capitolio ſeruiens

Capitolium. n. s. dr̄ a capitulū. q₂ ibi cōueniebant ſenatores. ſicut ī capitulo clauſtrales. vel dr̄ a caput. eo q ibi ſit caput romane ciuitatis vel q₂ ibi cōueniebant capita ciuitatis. vel q₂ Tarquin⁹ priſcus dum capitolij fundamēta apiret in loco fundamēti caput hoīs litterꝭ tuſcis notatū inuenit. ⁊ inde capitoliū appellatū. a caput ⁊ laos. qđ eſt populus

Capitulū. n. s. i. puū caput

Capitulū etiam dr̄ qñq₃ ille paruus locus in quē conueniūt clauſtrales. qñq₃ eſt illa ꝯgregatio clauſtraliū. qñq₃ aliqua diſtinctio breuis in quolibet libro. Unde. Diſtiguit repit locat ⁊ collectio fert. Inde capitularis cō. t. ⁊ hoc re. i. quod ꝯuenit capiti ⁊ capitulo. Inde capitulo as. i. capitulis aliq̇d diſtinguere

Capo onis. eſt gallus caſtrat⁹. Vñ. Cantat nocte capo vinū vult vendere caupo

Capparis. f. t. eſt quedam herba vel virgultū



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſimile lentiſco. quia habet in ſūmitatibus ro/
tunda ſeminū capitula. ſicut dicit Huguitio
Diaſcorides ĝo dicit ꝙ eſt frutex ſpinoſus ex
paſſus ſuper terrā vnctiōe plenus. Et dr̄ ꝙ du
riciem ſplenis ſup omnia medicamenta iuuat
ꝛ hꝫ multas radices ꝛ magnas. Et cor pe. Vn̄
Marcialis. Cappar ꝫ vt putricepas allece na/
tātes. Et ſcribit̄ p c vel p k. ſm ꝙ eius origo ē
greca. Vn̄ Eccl's. xij. Diſſipabit̄ capparis.
Capra. f. p. aīal quoddaꝫ a caper dicit̄. Capra
ĝo ſiluatica dicta. q̄ſi capiens ardua. Vn̄ Pri
ſcian⁹ in. iij. li. Capreolus videt̄ a ntō caprē s
eſſe. cui⁹ femininū in vſu eſt caprea. nā capra a
capro fit. ex quib⁹ capellus ꝛ capella dimi. ſiūt.
Caprarius. m. s. qui cuſtodit capras
Caprea. f. p. i. capra ſilueſtris dicta. q̄ſi capiēs
ardua. Capree vt dicit Papias. ſūt ibices q̄ſi
auices. eo ꝙ inſtar auium alta petant. Ve ſiqn̄
aduerſitatē ferarū vel hominum preſenſerint.
de altis cacuminibus ſeſe precipitātes ſuis ſe
cornibus in ramis arboꝝ recipiunt illeſas
Capreolus li dimi. tam capri q̄ꝫ caprei. Vn̄ hꝫ
capreola ſiliter dimi. tā capre q̄ꝫ capree
Capreus. i. ſilueſtris caper. Et nota ꝙ caprei ꝛ
capree dicunt̄ dorcades ꝛ etiam ibices
Capricornus. m. s. dicit̄ aīal quoddaꝫ. quod
rhinoceros ꝛ egloceros dicitur. ꝛ dr̄ capricor
nus quaſi caprina habens cornua. Capricor/
nus etiā dicitur quoddā ſidus celeſte. cui⁹ cau
da in effigie piſcꝫ forma. vt in extrema ſui pte
pluuias deſignet
Caprificus. f. s. quedā herba ē ſic dicta. qꝛ pa/
rietes quibus inaſcit̄ carpit ꝛ fodit ꝛ erūpit ex
tra e latebris. quib⁹ concepta eſt. Vel dr̄ a fi/
co. qꝛ ficus arbor eius remedio fecundat̄. Vn̄
Perſius. Et que ſemel intus innata eſt rupto
iecore. Exierit caprificus
Caprigenus a um. pe. cor. qđ melius dicit̄ ca/
prigena. cō. p. eſt pecus genitū de capra
Caprinus a um. ꝛ hic ꝛ hec caprilis ꝛ hoc le.
in eodē ſenſu. i. de capra exiſtens. vel ad capraꝫ
pertinens. Item hoc caprile. n. s. eſt ſtabulum
caprarū
Capriolus li. dicit̄ a capio pis. ꝛ ſunt caprio/
li cincinni ſiue vnciuuli. quib⁹ ſe innectere vel
ſuſpēdere arboribus ſolent vites. vt ſine lapſu
ſuſtineant fruct⁹ ſuos. Sed capreoli ſm Pa/
piā ſunt filij capre. q̄ acutū viſum hn̄t herbas
eligūt vt comedant. ad alta nitunt̄
Caprona. f. p. eſt anterior iuba equi. quaſi ca/
piti prona.
Capſa. f. p. i. ciſta vbi aliq̄d reponitur qđ etiaꝫ
pro q̄libet parua domo ponitur. ꝛ dicitur a ca/
pio is. eo ꝙ capſat in ſe ꝛ ſeruet aliquid. Inde
capſella ꝛ capſula ambo dimi. i. pua capſa
Capſarij dicunt̄ qui in balneis veſtimenta ſu
ſcipiunt cuſtodienda. vel aliter ſunt illi q̄ por/
tant alijs libros ad ſcolas
Capſus maſ. s. i. carruca vndiq̄ꝫ cōtexta quaſi
capſa. qꝛ multa capit
Captencula. f. p. i. verboꝝ ſubtilis deceptio. ſi/
cut ſunt ſophiſmata. Vn̄ Martian⁹. Capten
culis ludis illigantib⁹
Captio. i. deceptio. In̄ captioſuꝫ. i. deceptoriū
vel deceptioſum aut doloſum. vt no. Jo. an. de
offi. de le. ſi duo. li. vi. in glo. i. in fi.
Captio cauſa mortis. al's captio ſm Azo. eſt
qn̄ per mortē alicuius occaſio capiendi obue/
nit alicui. exceptis his capiendi figuris ꝛ cau/
ſis. que certis ꝛ proprijs noibus nūcupantur
vt hereditas legatuꝫ ꝛ fideicōmiſſum. qꝛ talis
captio ꝛ capio nō incidit in naturam acceptio
nis hereditatis legati vel fideicōmiſſi. Et cau/
ſa mortis. capio ſm Azo. in ſum. C de donat;
cau. mor. eſt. cum poſt mortem alicuius aliq̄d
datur alicui cauſa conditionis implende. vel
aliquid prouenit ad aliquē mortis occaſione
nec tn̄ aliquo certo tranſlationis vel acceptio/
nis noīe nūcupat̄
Captiuus a ū: dicitur quaſi captus vel quaſi
capite diminutus. Vn̄ ꝛ ſic dicit̄ apud legi/
ſtas. Ingennitatis enī fortuna excidit ab eo.
Inde hec captiuitas. i. detentio
Captura. f. p. i. captio. Vn̄ Luce. v. Stupor
circūdederat eū. ꝛ oēs qui cū eo erāt in captu
ra piſciū quā ceperāt
Capua. f. p. quedam ciuitas. eſt
Capullulū ꝛ capeduluꝫ. n. s. ꝛ caleptra. f. p. in
eodem ſenſu. ſ. mitra tegens caput. que ꝛ alio
noīe dicitur pilleus galerus calamatus calien
drū comatium caticulum. Caleptra tn̄ ppie
dr̄ cuphia equi
Capulus. m. s. dicitur a caput. qꝛ ē caput gla
dij. Vel dicitur a capio. qꝛ ibi capitur glad⁹
vt teneatur. Capulus etiā dicitur lect⁹ in quo
mortui deferuntur. quia ſuper capita hominū
defert̄. Vn̄. Eſt gladij capulus capuluſq̄ꝫ cada
uera portat.
Capus pi. i. falco auis a capiendo dicta
Caput neu. t. dicitur a capio pis. quia omnes
ſenſus ꝛ etiaꝫ nerui ab ipſo initium habent. et
ex eo omnis vigendi cauſa oritur. Ibi eni oēs
ſenſus apparēt. Vnde ipſius anime que cor/
pori conſulit pſonā quodāmodo gerit. Caput
etiā menteꝫ ſigt̄. que caput eſt aīe ſm Hugu.
Et ponit̄ quandoq̄ꝫ pro pncipio. Vn̄ ppha.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

In capite libri ſcriptũ eſt de me. q̃nq̃ȝ etiã po/
nit̃ ꝑ fine. Eccl'. xxxij. Habeat caput m̃ſuȝ ſuũ
poit̃ etiã q̃nq̃ȝ ꝑ dñatu. vñ. Principiũ caput
eſt ps corpis ⁊ dñat⁹. Itẽ caput cõpoit̃ cũ bis
⁊ cũ tris. ⁊ dr̃ biceps cipitꝭ. triceps capitis .g.
oĩs. q̃ hȝ duo vel tria capita. Inuenit̃ etiaȝ h̃
biciput. h̃ triciput. neu. g. i. geminũ vel trinuȝ
caput. Cõponit̃ etiã caput cũ occiduũ. ⁊ dr̃ h̃
occiput pitꝭ. i. occidua ⁊ poſtrema ps capitis
Uel occiput cõponit̃ cũ ob ⁊ caput. ⁊ dr̃ ſic. q̃ſi
ꝯ caput. qꝛ ſit capiti retrorſum. ⁊ idẽ dr̃ occi/
pitiũ. Itẽ cõponit̃ cũ ſincer⁹. ⁊ dr̃ ſinciput pi/
tis. i. poꝛ ⁊ anterioꝛ ps capitis q̃ſi ſincera ⁊ pu
ra patens ꝑpter capilloꝝ abſentiã. Itẽ cõpo/
nit̃ cũ p̄. ⁊ dr̃ preceps. ⁊ cũ añ. ⁊ dicit̃ anceps.

Carabrio onis. eſt gen⁹ auis muſtele ſil'is

Carabus. pua ſcapha ex vimine facta. ⁊ crudo
corio ꝯtecta. vt eſt nauicula currens in pado
Etiã dicit̃ illud q̃d eſt in medio nauis

Caracter ris. grece imago nou⁹ vultus effigies
forma vel ſtilus figura lr̃a ferrũ quo note pe/
coribus inurunt̃. Unde ⁊ ipſa nota vel ſignũ
caracter dicitur

Caracteriſmus maſ. s. eſt deſcriptio forme ali/
cuius.

Caradrion eſt auis quedam alba tota. cui⁹ in
terioꝛa oculos caliginoſos curant. Si viuere
debet infirmus appropinquabit ſibi. ſi do mo
ri fugit ab eo. Per medias noctes in ſublime
celi dicit̃ volure

Caragma. n. t. i. impreſſio. imago vel lr̃a. Uñ
Auianus. Sicut nũmus hȝ caragma ceſaris
ſic homo caragma dei

Caraxis. f. t. i. notatio. ⁊ dr̃ a caracter

Carbaſus. m. s. in ſingulari. ſed in pl'i carbaſa
ſoꝝ. n. g. i. veluȝ. q̃ſi carẽs baſe. i. ſuſtentamẽto
ab inferiori pte. Carbaſus etiã dicit̃ quoddã
gn⁹ veſtꝭ ſbtiliſſime. Iñ carbaſe⁹ a ũ. ſm Hug.
Et dr̃ hic carbaſus in ſingulari veſtis ſinuo/
ſa que tam viro q̃ȝ mulieri conuenire põt. Sȝ
carbaſa ſarũ. ad vela nauiũ ptinet. ⁊ coꝛ. pe. vñ
Ouidius. Uidi p̄cipiti carbaſa tẽta notho

Carbo onis. dicitur a carpo, quia ab igne car/
pitur. vel potius dicitur a careo res. quia flam
ma caret. ⁊ q̃n accenſus ẽ dicit̃ pruna. cũ pru
na extincta fuerit carbo vocat̃. Inde carbona/
rius rij. qui facit carbones. vnde. Carbo carẽs
flãma. ſuccenſus pruna vocat̃.

Carbũculus. m. s. tã pro puo carbone q̃ȝ pro
lapide precioſo ignito vt carbo. cuius fulgur
nec nocte vincit̃. Et pro morbo quodã inueni
tur. eo q̃ in orto ſuo rubeus ſit vt ignis. poſtea
niger vt carbo extinctus. Uñ. Eſt lapis ẽ moꝛ
bus cabo carbũculus extat.

Carcanus nomẽ ciuitatis vel loci

Carcan calcamo arphat emath. ciuitates i ori
ente ſunt

Carcer i ſingulari ꝑprie dicit̃ vbi rei claudũt̃
Sed in pl'i vñ quadrige emittunt̃ vel repagu
la anteposita. ⁊ dicitur carcer quaſi capiens re
os. ⁊ eſt ethimo. nõ cõpoſitio: Inde carcerari⁹
rij. qui carcerẽ facit vel cuſtodit. Inde hic ⁊ h̃
carceralis ⁊ h̃'le.

Carcheſia pocula a loco carcheſi. vel ſpelunca.
vel ſũmitas arboꝛis nauis. Uñ Grecıſ. Aſt i
ſtrumentuȝ. dicas carcheſia nauis. Hugꝭ. do
dicit. Carcheſia ſũt in cacumĩe arboris nauis
trochee quaſi. f. littera per que funes trahunt̃.
Uñ. quedam vaſa ad ſil'itudinem illoꝝ facta
carcheſia dicunt̃. Trochee etiã ſũt dicte. qꝛ ro
tulas habent. Trochos enĩ grece rota dicitur
latine. Itẽ carcheſia ſũmitas mali in q̃ choꝛ/
de ꝯcurrũt. Uñ Lucan⁹. Ac vtinã ſũmi cur/
uet carcheſia mali.

Cardiacus a ũ. pe. coꝛ. i. cordis pulſum patiẽs
quaſi coꝛ ardẽs habens propter ſitim. ⁊ dr̃ ab
ardeo. ⁊ coꝛ. ꝑ compoſitionẽ. Uel a greco car/
dia q̃d eſt coꝛ. Unde Iuuenalis. Cardiaco cia
thum nũq̃ȝ miſſurus amico. Uel eſt compoſi/
tũ a coꝛ ⁊ hio. quaſi coꝛ hians habẽs propter
ſitim. ⁊ tũc dicit̃ coꝛdiacus

Cardia grece. latine coꝛ

Cardinalis cõ. t. ⁊ hoc le. ⁊ cardinarius a um.
in eodem ſenſu. ſ. quod ad cardinem pertinet.
Unde cardinales venti dicuntur a quatuoꝛ
partibus mundi flantes. Et quedam virtutes
dicuntur cardinales ad ſimilitudinem cardi/
nis in quo motus oſtij firmatur. Et hic cardi
nalis ſubſtantiue ꝑ noie dignitatis. qꝛ per car
dinales mundus debet regi ⁊ gubernari ⁊ mo/
ueri ſicut oſtiũ ꝑ cardinem

Cardo dinis. incerti ge. dicit̃ vna ps oſtij. ſcȝ
cuneus qui in foramine vertitur. vel ponit̃ ꝑ
ipſo foramine aliq̃n. ⁊ dicitur cardia quod eſt
coꝛ. qꝛ ſicut coꝛ hominem regit ⁊ mouet. ita il/
le cuneus ianuam regit ⁊ mouet. Cardo etiam
dicit̃ extremitas rei. Unde ⁊ cardines celi di/
cuntur extreme ptes axis. ſic dicti. quia ꝑ eos
vertitur celũ. Cardo etiam ponitur pro oppoꝛ/
tunitate vl' articulo. Unde prouerbialit̃ ſolet
dici. Res ẽ in cardine. i. in articulo vel in oppoꝛ
tunitate. Unde Uirgilius. Aut tanto ceſſabit
cardine rerũ. Sed cardo donis. eſt herba no/
ciua colonis. Uñ. Cardo ſubeſt foribus ſi car
dinis eſt genitiuus. Cardo cardonis eſt her/
ba nociua colonis.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cardomomū.n.s.herba q̄dā ē.ḡnū q̄ddā ſpēſ
Carduelis.f.t.q̄dā auis dicta a car aromatiȝ
duus.qꝛ ſcirpis ⁊ carduis paſcit
Cartularij iudices dicebant olī illi q̄ ab impa
tore hēbāt ꝑtātē iudicādi. ⁊ illos ſolū q̄ coraȝ
eis eligebāt litigare. ⁊ poterāt eligi ſine ꝯſenſu
ꝑꝓꝛū iudicū.ſicut tradit in glo.l.i.ff. de iudi.
Carduꝰ ē genꝰ herbe ſpinoſe cꝰ natura mordax
⁊ auſtera eſt. ⁊ idō ſuccꝰ eiꝰ alopicias.i.capilloꝝ
fluxꝰ curat. ⁊ radix eꝰ i aq̄ decocta cupiditatē po
tatoꝛibꝰ miſtrat.mīci vtiliſſia ē iuuās ad ma
ſculos ꝓcreādos l'ē genꝰ cardonū. Jn̄ cardetū
Carectū.n.s.ē locꝰ vbi abūdat tlis herba
locꝰ vbi creſcit carex vl'repoit.vn̄ Virgi. i bu.
Tytire coge pecꝰ.tu poſt carecta latebas
Carenū.n.s.dr̄ t̄tia ps muſti. ⁊ dr̄ a careo es.
eo ꝙ feruēdo t̄tia pte careat. Tētia ei pte muſti
amiſſa qđ remanet dr̄ carenū. cui ꝯriū ē ſapa.
qꝛ feruēdo ad t̄tiā ptē redacta deſcēdit. Etiā ali
Carex cis.f.t.ē q̄dā q̄n capit ꝑ ipſo muſto
herba acuta. vulgo liſta. ⁊ vt dicūt. cāna palu
ſtris ē. ⁊ dr̄ a careo.qꝛ roboꝛe caret
Cariatharbe.q̄ ⁊ hebrō dr̄. ⁊ iterp̄tat citas q̄t/
tuoꝛ. Arbe ei q̄ttuoꝛ cariath ciuitas. qꝛ ibi ſe/
pultꝰ ē Adā maximꝰ Abraā Yſaac ⁊ Jacob cū
Cariathſepher interp̄tat vil vxoꝛibꝰ ſuis.
la pulcritudinis vel ciuitas l̄rarū
Caribdis.f.t.ē qđdā picl̄ū marinū ſic dictū
qꝛ carinas abdit.i.abſoꝛbet. Aq̄s ei accipit vt
vomat. vomit vt accipiat. Vn̄ Oui. Euomit
⁊ potat dira caribdis aq̄s. Vel caribdis q̄dā
vetula voraciſſia fuit q̄ qꝛ boues Hercul' fura
ta ē.a ioue fulmiata ē ⁊ i mari p̄cipitata ē. anti
q̄s ibi exercēs rapiās.vn̄ locꝰ ille dictꝰ ē carib
dis. Vel caribdis vt dr̄ Pap. mare ē ꝑiculoſū
i ſicilia dcā grece ꝙ gurgitibꝰ occultiȝ naues ab/
ſoꝛbeat. Ter in die ſtringit fluctꝰ ⁊ ter vomit.
Carica.f.p.i.fructꝰ palme. ⁊ ficꝰ ſicce. vel potiꝰ
maſſa illaꝝ. ⁊ coꝛ.pe. Vn̄ Ouidiꝰ. Quid vult
palma ſibi vulgoſaq; carica dici
Carientiſmꝰ tps ē q̄ dure dicta. ḡtiꝰ ſiue mitiꝰ
ꝓferūt. vt cū iterrogātibꝰ nob. an aliq̄s nos q̄
ſierit. rn̄det bōa foꝛtuna. ex q̄ dat itelligi nemi/
Caries riei.i.putredo.qꝛ nē nos q̄ſiuiſſe
caret ſoliditate.ſȝ caries ē ꝓpꝛie lignoꝝ putre/
do ꝑo aliarū rerū. Itē Caria.f.p.idē.
Carina.f.p.ē media ps nauis.qꝛ cū remis cur
rēs diuidit aq̄s. ⁊ dr̄ a cario l' potiꝰ a curro dr̄
carina q̄ſi currina. Et ē ꝓpꝛe media ps nauis.ſ.
vent.ſȝ q̄nq; ponit ꝓ ipſa naui. Vn̄. Diclatꝰ
Carinatoꝛ oris.i. eē ratē vētrē dic eē carinā
ꝯiciatoꝛ. ⁊ deriuat a carino as.
Carinꝰ.m.s.dr̄ q̄dā vir a Terētio iductꝰ dictꝰ
ſic.q̄ſi carēs noy.i.mēte vel ſenſu.

Cariolus a ū.i.vetuſtus putridꝰ
Caris grecū. ⁊ iterp̄tat gr̄a. ⁊ pt ſcribi ꝑ k ſiue c
Cariſia.f.p.i.lēauetꝰ ⁊ litigioſa. ⁊ dr̄ a caro es
vn̄. ⁊ fallaces ācille cariſie dicūt qꝛ ꝟitate carēt
Cariſma atiȝ.n.t.i.gr̄a l' donū gr̄e. ⁊ dr̄ a cariȝ qđ
Cariſteū.n.s.geꝰ ē marmoꝛiȝ ꝟidis. ē gr̄a
Caritas.f.t.i.dilectio.l' rex emptio difficil' qđ
magiȝ ꝓpe dr̄ caritudo inis. Et h̄ cariſtia ſtie.
qđ etiā dr̄ feſtꝰ ⁊ grōſus dies. ⁊ etiā ſuauitas ⁊
dulcedo ⁊ gr̄a. Et h̄ caritia i eodē ſēſu.ſȝ Hu.
Pap. etiā dr̄. Caritia dies feſtꝰ int cognatos. ⁊
dr̄ caritas q̄ſi cara vnitas.qꝛ vnit nos deo
Carmelꝰ q̄ hebraice chermel dr̄. mōs ē i ꝯfinio
paleſtine atq; feniciȝ.ſȝ nō ille de q̄ nabal carme
lus. Jlle mōs ē galilee i t̄ra ꝓmiſſiōis.
Carmē inis.dr̄ q̄cq̄d pedibꝰ ꝯtinet. ⁊ dr̄ a car/
po.eo ꝙ carpti ꝓnūciet.l' dr̄ a carmētiȝ dea carmi
nū. Carmē dr̄ etiā ſcriptū d aliq̄ delectabili cū
metro. vt i Boecꝰ. Carmina q̄ q̄ndā ⁊c. Carmē
dr̄ etiā q̄libet cātꝰ cū metro. Vn̄ lib odarū in/
titulat lib carminū.i.cātuū.qꝛ q̄libet eiꝰ diſtin
ctio ē cātabil'. Jn̄ carmineꝰ a ū.i ad carmē ptī/
nēs. Carmē etiā dr̄ ꝯiuraꝰ vetulaꝝ q̄ carmizāt
Carmētiȝ tis.f.t.ē pueros ⁊ alios ifirmos
dea carminū. ⁊ fuit mr̄ euādri. ⁊ dr̄ a carpo
Carnariū.n.s.dr̄ locus vbi carnes reponunt.
vel locus vbi oſſa moꝛtuoꝝ ponunt
Carnicula.f.p.dimi.i.ꝑua caro
Carnifex dr̄ homicida vel macellatoꝛ.vel car/
nifex dr̄ q̄ facit carnes
Carnificina.f.p.pe.ꝓd.i.macellū
Carnifici.n.s.i.officiū vel actꝰ carnificiȝ
Carnulentꝰ a ū.i.plenus carnibꝰ.ſ. pinguis ⁊
craſſus. Jnde carnulentia.i.craſſitudo.
Caro carnis.f.t.dr̄ a creos vl' a creo as. vel dr̄
caro q̄ſi cara. Et ē caro ex q̄ttuoꝛ elemētiȝ cōpoſi
ta ⁊ ꝯpacta. Nā t̄ra i carne ē.aer i halitu hūoꝛ
i ſāguieignis i caloꝛe vitali. Et ꝓpe caro dr̄ q̄
viuit.ſȝ iā latiꝰ vtimur iſto vocab'lo caro. Jtē
ꝓpe caro i ſinglari hūana carnes i pl'i q̄libȝ a/
lie poꝛcie pecoꝛie l' alie. Jn̄ carneꝰ a ū.qđ ē ex car
ne l' piguiſ. ⁊ carnoſꝰ a ū.i.craſſꝰ. Jn̄ carnal' cō.t
⁊ h̄ le.i.carneū l' q̄ ſeq̄t fragilitatē carnis q̄ſi fra
gile l' qđ ptȝ ad carnē. ⁊ h̄ carnalitas tatiȝ. ⁊ hȝ
ꝑmā breuē. Vn̄. Vilis ſepe caro fiat ꝑ mūere
Carolus pe.coꝛ.rex frācie fuit. charo
Carpaſiꝰ dr̄ coloꝛ ſil'is auro l' coloꝛ viridis.vn̄
carpaſiꝰ coloꝛ.i.aureꝰ coloꝛ. Jta expoit i heſter
Carpētariꝰ.m.s.q̄ facit l' duc carpētū. Dr̄ tn̄ ge
neralit ois artifex lignariꝰ carpētariꝰ. Jn̄ carpē
Carpēta.f.p.dr̄ aſtula ligni tariolꝰ
Carpētū.n.s.ē qđdā genꝰ vehiculi ſeu currus
Vel ē currꝰ ſup q̄ ſedēt mliꝛes tectꝰ pāno. ⁊ dr̄
q̄ſi currꝰ pōpaticus. qꝛ in pompis ſolet habri

Carpobalſamū .vel xylobalſamū.i.fructꝰ vel
ſemen balſami.vel liq̄ꝛ q̄ fit ex eiꝰ fructu.l'ſcie
Carpocratiani heretici a Carpocrate q̄dā vocā
tur q̄ dixit xp̄m hoiem fuiſſe tm̄ ex vtroq; ſexu
Capoforꝰ.m.s.dꝛ q̄dā deꝰ paganoꝝ ꝓgenitū.
qui latine interp̄tatur fructifex vel vberrimꝰ.
Carpos grece.latine dꝛ fructus vel ſemen
Carrena et publica pnīa ꝛ q̄dragena vnū ſunt
Qui igit̄ iſtā pniaꝫ fac.xl.diebꝰ n̄ itrat ecciaꝫ
ꝛ lanea veſte indutꝰ.ab eſcis ꝛ potibus q̄ intꝰ
dicti ſūt.a choro.gladio et eq̄tatu.illos ſup̄di
ctos dies abſtiet. In tercia aūt ꝛ q̄nta feria et
ſabbato.aliq̄ genere.leguminū ac oleribꝰ.po/
mis vl'piꝛ vl'piſciculꝰ cū modica ceruiſia vta
Carruca.f. )tur tpate.hec oīa extra de homi.
p.i.biga.ꝛ dꝛ a cario qd̄ ē diuido.qꝛ currēdo
Carrꝰ.m.s.vl'carrū.ri.ē genꝰ )diuidit terrā.
vehiculi.ꝛ dꝛ ſic a cardīe rotaꝝ.q̄tuoꝛ vl'q̄ cur
Charta.f.p.a careo )rēdo ſonꝫ.l'q̄ſi currꝰ dꝛ.
dꝛ qꝛ caret pil'carnibꝰ In hec chartula.pe.coꝛ
i.pua charta.Et hec chartulariꝰ que facit car/
Cartago.ginis.ē quedā ciuitas que )tas.
fuit circūdata corio bouis.hic et hec cartagi/
nenſis et hoc ſe.i.aliquis de cartagine.
Cartallū.n.s.dꝛ caniſtrū.cophinus.vel vas.i
quo mortui efferuntur.
Cartallus grece.ſiſcella latine.
Cartilago:inis.i.naris.vel auris vel alterius
rei oſſea teneritudo.et ſine medulla.qd̄ genus
auricule et nariū diſcrimina et coſtaꝝ extremi
tates hn̄t ꝛ dꝛ ſicqꝛ leni attritucarꝫ dolore dū
plectitur ꝛ dꝛ Pap. Cartilago.oſſis ſpēm hꝫ
fortitudinē nō hꝫ.ſicut diſcrimē nariū ꝛ auri/
cule.vn̄ Alexander.Cartilago riget eadē ma/
Carūcula.f.p.i.parua caro )ge carne rigeſcit.
Charꝰ.a.ū.i duabꝰ ſignificationibꝰ.Charuꝫ
eīn idē eſt qd̄ dilectū.et charū ēcuius emptio
eſt difficilis.et dꝛ a charis
Caſa f.p.i.pua domꝰ paupum.vel habitacu/
lum agreſte.palis.virgultis.arūdinibuſq; cō/
tectū.quibꝰ pn̄t tueri a vi frigoris vel caloris
Caſelle ſunt granaria in quibꝰ fructꝰ cōponū/
tur.ff.de iudi.l.i. Et dꝛ quaſi cellule granoꝝ.
Caſeꝰ.m.s:dꝛ a cado.is.qꝛ facile cadit ꝛ cedit
Vn̄ quidā Caſeꝰ anguilla mortis.cibꝰ ille vl'
illa.Ni bibas et rebibas et rebibēdo bibas.
Inde caſeolus.i.puus caſeus
Caſea.f.p.ē q̄dā herba cuiꝰ flores cito cadunt.
Vn̄ caſia flos illiꝰ herbe vel liquoꝛ inde factꝰ
et dꝫ ſcribi p vnū.s. et coꝛ:pmā.vn̄. Perſiꝰ
in vltima ſatyra. Hec ſibi corrupto caſiā diſſol
uit oliuo. Item Ouidius. Qui ſimulas caſi
as et nardi lenis ariſtas.
Caſleu nouember menſis qui eſt nonus.
Caſma.n.t.i:porticus aeris vel fulgoꝛ ethere
et ē grecū.latīe dꝛ fulgethra. Scd̄ꝫ vero Pap̄
Caſma hiatꝰ terre dū rūpit̄ terra.
Caſoma.f.p.ē acꝰ mlieris q̄ caput ſcalpit a ca/
do dicta.eo q̄ cadere facit immūda
Caſſabūdus.a.ū.id eſt caſſus fruſtratus.
Caſſarius.m.s.id eſt reciarius q̄ retia facit
Caſſicula f.p.i.puū rete.qd̄ ꝛ caſſilis dꝛ.vl'dꝛ
caſſilis a careo.qꝛ caret ſoliditate i foramibus
Caſſidilis.f.t.et caſſidile.n.t.dꝛ ſacculus pera
ſarcipiū.ſicatiū.marſupiū.moculus.loculus.
crumena ſm Hug. Pap.vero dic̄. Caſſidilis ē
pera paſtoral'. Caſſidile ecꝫ vt q̄dā dicūt.dꝛ pe
ra aucupis i modū reticuli fcā i q̄ poīt aueſq̄s
in caſſe.i.in reti capit qꝛ q̄cq̄d capit̄ in caſſe ſe
det incluſum in caſſidilibꝰ Vl'dꝛ quaſi caſſus
ſedile.quia breue eſt vt ſedile.i.fundus caſſis
et ſimili modo reticulatū. Item in omnibꝰ an/
tiq̄s ꝛ nō corrupꝫ biblijs iuenies Tob.viij.
Protulit de caſſiduli ſuo ptē iecoꝛꝫ Quedā tn̄
biblie noue hn̄t de caſſidili ſuo ꝛ coꝛ.pe.ꝛ decli
nat̄ caſſidil'.lis. Quedā etiā legūt ybi caſſilidi
Caſſis.idis.f.t. )ſuo declināces caſſile lidꝫ
i.galea qꝛ caput tegit ꝛ ē de ferro.ꝛ ē ꝓprie mi
litū. Galea ṽo de corio ē.dicta a galeō qd̄ ē co
riū ꝛ ē pditū. Et fac actm̄ caſſidem vl'caſſida
Vn̄ ꝛ ſuit̄ hec caſſida.de idē qd̄ caſſ Sꝫ caſſis
ſis.m.t.i.rete venatoriū.ꝛ dꝛ a careo.qꝛ caret
ſoliditate i foramibꝰ Dicit̄ etiā h̄ caſſis idis ꝓ
helmo Vn̄ fallit aues caſſis muīt caput enea
caſſis Si caſſis caſſ dicas ſigt tibi rete Sed
galeā ſigno cū caſſis caſſidis aio.
Caſſus.a.ū.qn̄ ē pticipiū idē eſt qd̄ puatꝰ.qn̄
vero eſt nomē idem eſt quod vanus.
Caſtanea.f.p.tā ꝓ arbore q̄ꝫ ꝓ fructu vn̄ Arboꝛ
in ē ſiluis q̄ ſcribit̄ octo figurꝫ Fine tribꝰ dēpꝫ
Caſtellanꝰ.a.ū.qui )vix vnā int̄ mille videb
inhabitat caſtꝝ ꝛ dꝛ a caſtrū In hic caſtella/
rius.i.dn̄s caſtri vel qui preeſt caſtris.
Caſtellū dimi.i.puū caſtꝝ a q̄ caſtellulū.i.par
uū caſtellū Caſtellū etiā vl'caſtellꝰ ſm Albri
dꝛ receptacl'm dd̄ qd̄ aq̄m publicā ſuſcepit q̄
ducit̄ ad aliqd̄ pdiū irrigādū l'dꝛ vas ad aq̄ꝫ
recipiēdā ꝛ videt̄ ſic dici qꝛ ad modū caſtri ſit
diſpoſitū C Caſteriū n.s.dꝛ locꝰ vbi remi col
locāt̄. C Caſtifex:a.ū.pe.coꝛ.qui flagella poꝛ
tet vt caſtiget a caſtꝰ ꝛ fero fers.
Caſtimonia.f.p.i.caſtitas.a caſtus dicit̄.
Caſtoꝛ.oris.fuit vnꝰ filioꝝ Iouis ꝛ Pollux fu
it frꝛ eiꝰ q̄ apd̄ paganos ꝓ dijs habiti ſī q̄s etiā
iter ſidera fixerūt qd̄ ſignū gemi dicit̄. Caſtoꝛ
etiā ē aīal quoddā mirabl'e qd̄ viuit i terra et i
aq̄.cauda eiꝰ naturā piſcis habet ꝛ corpꝰ carne
um eſt. Unde cauda eius in ieiunio licite co/
meditur.ꝛ corpus non.et habet quattuoꝛ pe/
des.anterioꝛes duos quaſi anſerinos cum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quibus natat. poſteriores quaſi caninos. In quantitate parui canis eſt dentes habet acutiſſimos. et pellem ꝑcioſam. teſticuli eiꝰ multū valent medicis. Et dicitur a caſtro. as. q꜡ cū ſentit venatorē ſe ſequentē. ſeipm̄ caſtrat vt euadere poſſit ſciens ſe fugari ꝓpter teſticulos Idē et fiber. bri. et beuer. ⁊ canis ponticus dicitur. Inde caſtoreū. n. s. i. medicamētū. qđ fit đ teſticulis caſtoris. Et adiectiue declinaꝛ caſtoreꝰ. a. ū. vt caſtorea caro caſtoris. vel de caſtore exiſtens. Uñ quidā dixit. Queſtio ſoluatur cur caſtor ab hoſte fugaꝛ. Cur ablatiuos. dentes gerit in genitiuos.

Caſtra in plurali ſunt vbi milites ſteterūt. dicta quaſi caſta. vel quia caſtretur libido. Caſtrum vero in ſingulari eſt oppidū. et diciꝛ ſic quia in alto loco ſitū eſt quaſi caſa alta. vl' dicitur a caſtro. as. quia ibi caſtraꝛ licētia inhabitātiū ne paſſim vagari liceat. Inde caſtrenſis cō. t. et hoc ſe. aliquis vel aliqua in caſtris habitans vel exiſtens. Et ſꝫ Pap. Caſtrenſis dicitur dignitas vel honor caſtroꝝ.

Caſtratus. a. ū. đ꜡ ille qui eſt frigide cōplexionis. ⁊ ꝓpter frigiditatem nature nequit exercere libidinem. et dicitur quaſi caſte natus. ſꝫ nō ſponte. Et differt a ſpadone et eunucho. q꜡ ſpado diciꝛ qui violenter caſtratur ab homibus. et đ꜡ a ſpata. Spata eſt em̄ gladius ſpacioſus ⁊ latus. ⁊ forte antiquitus tales tali gladio caſtrabanꝛ. Eunuchus đ꜡ qui nec eſt ſpado. nec frigide nature vel cōplexionis. ſꝫ p amore regni celeſtis ſe abſtinet. et đ꜡ ab eu qđ eſt bonū ⁊ nyche qđ eſt virtus vel victoria. quia ē bonꝰ victor et virtuoſus. Et đ talibꝰ ait Augꝰ Beati ſunt quos caſtrauit nō neceſſitas ſed voluntas. Uel eunuchi regis vel regine fuerunt miniſtri coꝝ qui paruuli caſtrabantur vñ Caſtratū reddit gelidū naturaqꜫ virtus. Eunuchū genitalia ſecta ſpadonē. Et de his ſpadonibꝰ. quidā coeunt ſed virtus in ſemine nō eſt.

Caſtrimargia. vel potis gaſtrimargia. f. p. i. cōcupiſcentia gule. ventris ingluuies. et dicitur a caſtus ꝑ cōtrariū. q꜡ non facit caſtos.

Caſtus. a. ū. ꝑmo a caſtratione dictus. poſtea placuit veteribus etiā eos ſic nomiari qui ꝑpetuam libidinis abſtinentiā pollicentur Inde caſtitas. et ꝓprie eſt corpis incorruptio. Sꝫ continentia eſt poſt corruptionē luxui abrenūciatio.

Caſula. f. p. i. parua caſa. Caſula etiā đ꜡ vulgo planetā ꝑſbyteri. quia inſtar parue caſe totum hominē tegit.

Caſus. us. ui. eſt inopinate rei euentus. Unde dicimus hoc accidit a caſu. et ſic accipit phus ſcđo. phiſicoꝝ. cū dicit. Caſus eſt cauſa ꝑ accidens. ⁊c. Secūdo caſus đ꜡ lapſus. et ſic diciꝛ a cado. is. vnde Quāto gradus altior tāto caſus decliuior. Tercio ē accidens nois: Diciꝛ etiā fortuna vel omen vel ꝑiculuꝫ. Inde caſualis. ꝯ. t. et hoc le. Unde Lapſus ⁊ euentus inflectio ſit tibi caſus.

Cata ꝓpoſitio greca eſt. et qñqꜫ tm̄ valet quantum trans. vt cathagrapho. id eſt tranſcribo. quandoqꜫ tm̄ q̄tum per. vt Cata antifraſim. i. per antifraſim. quandoqꜫ q̄tum ſupra vel iuxta. vt cata. Mathēū id eſt iuxta Mattheūz et ponitur pro breui etiam vt cathalogus.

Catacariſia. f. p. i ancilla ſuper alias doloſa. et fallax. et dicitur a cata et cariſia.

Catacliſmus. m. s. id eſt diluuiū. vnđ Ecc. xxix. Et quoniā catacliſmus aridam inebriauit.

Catachreſis vel catachrips eſt vſurpatio alieni nominis cū ꝓprium deeſt. Ut cū patricidā dicimus. qui occidit patrem. ⁊ piſcinā dicimꝰ que piſces non habet.

Cathafrigiȷ̄ dicuntur heretici qui aduentū ſpiritusſancti nō in apoſtolos ſed in ſe aduenīſſe aſſerunt. quorū autores Montanus ⁊ Priſca et Maximilla fuerunt.

Catafronicus id eſt contumax contemptor. ſuperbus.

Catalecticus. a. ū. pe. cor. cui nihil ſupabūdat Unde ille verſus dicitur catalecticus. in q̄ nihil de metro ſupereſt. Et cōponitur cū. a. vl' hyper quod eſt ſuper. Et dicitur a catalecticus. a. um. ⁊ hyꝑcalecticus. a. um. Ille autem verſus dicitur a catalecticus. ad cuius ꝑfectionē deeſt vna ſyllaba. Idem dicitur et claudus. Hypercaltalecticus vero eſt ille verſus cui ſuperabūdat vna ſyllaba.

Catalogus. m. s. dicitur enumeratio. ordo. ſeries vel breuis interpretatio. ſeu deſcriptio vl' iuſtoꝝ numerus. et dicitur a cata quod eſt breue et logos quod eſt ſermo vel ratio. quaſi ſermo multa breuiter comprehendens. vt Omnes ſancti orate pro nobis. Catalogus etiam dicuntur duodecim libri veteris teſtamenti: vnde. Hyeronimus in prologo Tobie. Queꝫ hebrei de catalogo diuinarū ſcripturaꝝ ſectantes.

Catamane. id eſt iuxta mane ſcꝫ diluculo. vel in ipſo mane. Unde quidam. Quolibet a mane fieri dicas catamane.

Cataplaſma.n.t.i.inductio.medicamen.ſu/
pra formā morbi inducitur Item dicitur hoc
implaſtrū vel emplaſtrū.ab en.quod eſt in. et
plaſtes quod eſt forma.
Cataplectatio interpꝛtatur ꝯuitiū. Unde ſm
vnā tranſlationē dicitur obiurgatio. Ecc.xxi.
Et pōt dici cataplectatio.a cata qđ eſt iuxta.et
plecto.is.qn̄ ſcȝ eſt tāta rixa ꝙ fere plectunt ſe.
id eſt puniunt ⁊ verberant. Noſtra aūt lr̄a di/
cit Obiurgatio et iniurie annullabūt ſubſtā/
tiam.ſed alia tranſlatio habet cataplectatō vt
dicit glo.
Catapuera id eſt docta puella
Catapulta eſt vas vt dicunt vel potius ſagit/
ta cum ferro bipēni.quam ſagittam barbataȝ
vocant.
Cataracta.te.eſt via ſubterranea.qua aqua ſb
terra diſcurrit. Unde ꝑ tranſlationem in celo
dicunt̄ cataracte.nubes vel diſcurſus.et meatꝰ
pluuiarū vel tonitrua ſm Hug. Pap.etiam
dicit Cataracte celi feneſtre.i.nubes vel toni/
trua.⁊ coꝛ.primā. Unde in pantheon. Et ca/
taractarum fundit in oꝛbe faron.
Catrane vel catarij heretici qui ꝓpter mundi/
ciam ſe ita noīauerunt.gloꝛiantes enī de ſuis
meritis negant penitentibus veniā peccatoꝛū
viduas ſi nupſerint tanqȝ adulteras damnāt.
mundioꝛes ſe cunctiſ predicant.ſi nomē ſuum
agnoſcere vellent mundanos ſe potius qȝ mū
dos vocarent.
Catarius.m.s.eſt fluoꝛ reumatis iugis ex na/
ribus qui dum a faucibus venerit dr̄ brancꝰ.
dum a toꝛace vel pulmone dicit̄ tuſſis
Cataſcopus eſt quoddā genꝰ nauigij qđ latie
dicitur ſpeculatoꝛiū.qꝛ mittit̄ cauſa indagan/
di ⁊ ſpeculandi.et dicit̄ a cata.i.ꝑ et ſcopim qđ
eſt intēdere vel ſpeculari. Unde ſepe cataſcopꝰ
dicit̄ exploꝛatoꝛ.indagatoꝛ circulatoꝛ.inueſti
gatoꝛ.
Cataſta.f.p.eſt pene genus ſimile eculeo vel le
ctus ferreus
Catatypoſis fit qn̄ aliquid iuxta ſui formā de
ſcribitur vel figuratur ſub noīe patris vl̄ ma
tris vel alterius rei.vt caluus criſpus ventro
ſus.ſophꝛonicus.pheatonius Socratem ſcri
bunt hec omnia ſolum
Categoꝛema.n.t.i.ꝑdicamtū vl̄ ſignificatm̄
Categoꝛia.rie.f.p.eſt ꝑdicamētū vl̄ ꝑdicatio l̄
ſignificatio Unde ꝑdicamēta Ariſtotelis di/
cuntur categoꝛie. Categoꝛie etiam dicuntur ac
cuſationes.
Cateia telum dicit̄ lingua perſaꝝ vel galloꝝ
et vt dicunt.lancea vel haſta. Uel vt quidam
dicunt Cateia lingua perſarum eſt ſagitta bar
bulata ſiue haſta qua vtebat̄ Hercules. Erat
enim cum ligulis catenarum.et quando eam
ꝓijciebat: iterū cum catenula retrahebat. Un̄
Uirgilius. Soliti toꝛquere cateias. Quidā
tamen libꝛi in donato in capitulo de barbariſ/
mo hn̄t catela.i.iaculum longum qđ cum cate
na ꝓijcitur
Catella.f.p.di.id eſt parua catena. Unde ⁊ ca
telle dicunt̄ catenule ⁊ circuli colli inuicē ſe/
compꝛehendentes in modū catene: Itē catella
diminutiuum id eſt parua cata.et venit a ca/
tellus Inuenitur etiā catela per vnum:l.id eſt
iaculum longū.vt patet ſupꝛa in cateia.
Catellus.dimi.a catulus id eſt paruus catus.
Inde catellulus.id eſt paruus catellus ⁊ a ca/
tellus hec catella et a catellulus hec catellula.
Catena dicitur a capio.is. quia capiēdo tenet
vel quia capiēdo ſe tenet̄ pluribus modis.⁊ ē
etymologia non compoſitio.ſicut illud. Cate/
na quaſi captiuos tenens. Inde catenula id ē
parua catena.
Caterua.f.p.eſt multitudo hoim.et videt̄ de/
riuari a cata id eſt iuxta.
Cateruarius.a.ū.qđ eſt caterue.vel qđ ſpectat
ad cateruā. Cateruarius etiā dicitur qui ſꝑ in
caterua eſt.id eſt in multitudine populi.
Cathecuminus.pe.coꝛ.interpꝛtatur inſtructus
vel audiens quia doctrinā fidei audit.necduȝ
tamen baptiſmum percepit.
Cathedra.dre.f.p.grecū eſt excelſa ſedes iudi/
cis vel preſidentis.⁊ dicitur a cathos qđ eſt ſe
des et edra ſponda.quaſi ſpondata ſedes. Et ꝗ
hic et hec cathedꝛalis.et hoc le. Inde etiam ca
thedꝛaliter. cathedꝛalitas Item a cathedꝛa
cathedꝛatus.a.ū. Cathedrate.cathedꝛadicus.
a.um. Cathedꝛatice. Et ponit̄ etiam ꝓ ſede do
ctoꝛis. Ita dicit glo.in cle.dudū de ſepul. Et
allegūt Grecismū. Unde Rex ſoliū.doctoꝛ ca
thedꝛam iudexqȝ tribunal Poſſidet.ac ſedem
preſul.pretoꝛqȝ curulem.
Catheriſtica.f.p.pe.coꝛ.id eſt determinata
Catheſis vel cauhereſis grece.doctrina vl̄ lo/
cus doctrine dicit̄ latie. Inde cathetezizo.as.l̄
cathezizo.zas.i.cōfirmare.inſtruere.edocere.ī
buere.redarguere.obiurgare refutare. Inde ca
therizera te.et cathezizeta.i.doctoꝛ.ꝑceptoꝛ.in
ſtructoꝛ ⁊ hic catheciſmus.mi.id inſtructio do
ctrina et maxime in fide.
Catholicon interꝑtatur vniuerſale vel cōe In
catholicus.a.ū.i.vniuerſalis.vt Fides catho
lica. Catholicus etiam idē eſt quod rectus.
Cathomus.me.coꝛ.eſt flagellum ex virgis fer

ris factum. vel flagellum ex virgis in modum ſcobe. quo vtuntur religioſi in capitulis.

Catilio. onis. m. t. i. gluto. deglutator qui quadam guloſitate ad modum catuli ꝑ domos diſcurrit. Inde catilioſus a. ū. i. auidus ſicut catulus eſt ad eſcam.

Catillum. n. s. i. paruum caltinum.

Catinum. n. s. ſm Iſidoꝝ eſt vas vinariū fictile. qđ melius in neu. ge. dr̄ q̄ʒ maſ. ſicut ⁊ ſalinū dicitur vas aptū ſali. Un̄ quidam. Qđ capiens vinū teneat tūc dico catinū. Fictile vel luteū faciens frigere lieum.

Cato. m. t. ꝓprīū nomen viri. et dicitur a catꝰ q2 aſtutus fuit ad modū illius aīalis. In̄ catonicus. a. ū. Et hic et hec catoniſta. ſte. q̄ vł que Catonē ſequitur ⁊ ſectō illius. Duo aūt. Catones fuerunt ambo amatores v̄tutis. Maior cenſorinus. auunculus minoris. phoꝝ peritiſſimus. Minor nepos eius rigidus dictus eſt. ⁊ vticēſis. qui vtice ſe interfecit. vel Cato dicitur a catus a. um.

Cattus. ti. m. s. quoddā aīal ingenioſum ſcilʒ murilegus. qđ alij dicūt gattus. ꝑ. g ſed corrupte. Inde catta te. ⁊ dicitur cattus ꝑ ſyncopā a cautꝰ. eo ꝙ ſit cautus in muribus capiēdꝫ

Catulaſter. m. s. i. puus cattulus ⁊ catulaſtra id eſt parua cattula.

Catullus ꝑ geminū. l. fuit quidā poeta. Veronenſis. de quo dicit Ouidius. Mātua Virgilio gaudet. verona Catullo. Pelignę gentis gloria dicor ego.

Catulus. m. s. me. cor. dr̄ a canis. Et ſunt catuli ꝓprie filij canū. Abuſiue tn̄ filij quarūlibet beſtiarū dicuntur catuli.

Catalus. a. ū. i. cautus. ⁊ ē ſycopatio huiꝰ qđ eſt cautus ſm. Hug. Pap. aūt dicit. Catus denomiatur ſiue denomiationē aſſumit a cane. i. doctus. ſapiens. acutus. ingenioſus. Inde cato. tonis. vt ſupra dictum eſt.

Caucaſus eſt mons ſcythie. ab India. vſq3 ad taurū porrectus ꝓ gentiū et varietate linguarū dictus. Nā in oriēte inexcelſum conſurgit. caucaſus dr̄ ſm qđ ipoꝝ lingua ꝓ niue candidum dicitur. Et cor. pe. Un̄: Carbaſus abbreuias et caucaſus eſt comes illi.

Cauda. f. p: eſt extrema ps aīalis. Inde caudatus. a. ū. qui habet caudam.

Cauder. m. t. i. truncus q2 eſt quaſi cauda arboris quod et cader dicitur.

Caudice. nauicule dicte. q2 quattuor vſq3 ad decē capiant homines ſm Pap.

Caudix. cis. f. t. i. radix que inheret terre.

Cauea. f. p. eſt locus concauꝰ. vbi aues aut alia aīalia includuntur. Cauea etiā dicit̄ theatrū vel ſeſſio hoim̄ in circūitu conſidentiū. In̄ caueola id eſt parua cauea.

Cauerna. f. p. i. ſpelunca. In̄ cauernatus. a. ū. et cauernoſꝰ. a. ū. in eodē ſenſu ſc3 ꝑforatus ꝑfoſſus ꝑſcrobatus. In̄ cauernicula dimi. i. parua cauerna et cauernula dimi. idem.

Cauilla. f. p. dr̄ a caueo. et eſt lignū qđ inſerit̄ foraminibus ad modū claui. In̄ cauillo. las. id eſt clauis infingere. vel confirmare cauillis. Inuenitur etiā cauilla ꝓ rixa. cauillatione. cōtentione. ſed tunc venit a caluo.

Caula. f. p. ouile a greco aula. Greci em̄ vocāt aulas receptacula aīalium. et inde caula addita. c. Caula etiam dicitur cancellus ante iudicem vbi ſunt aduocati. vel ingreſſꝰ. Caule etiā dicuntur munimenta ouium.

Caulis. m. t. eſt generaliter oīm herbaꝝ ⁊ oleꝝ medius frutex. qui vulgo tirſus dicitur. quia a terra ſurſum ↄſcendit. Ex quo tractum eſt ſpāliter quoddā genus olerum caulis dicitur q2 tirſus ipiꝰ amplius ceteris oleribus coaleſcit id eſt creſcit. Unde. Dic caules olera dicūtur ouilia caule.

Cauma. atis. n. t. i. incendiū. calor. eſtus.

Caupo. onis. m. t. eſt venditor vini. et dr̄ a capio. is. quia capit vinū vel aquam. ꝙ autē dicitur caupo quaſi capiens potū. etymologia ē nō compoſitio. Qui et alio nomine dicitur tabernarius. et taberino et ganeo. A caupo dicit̄ cauponarius. rij. in eodem ſenſu. ſc3 tabernariꝰ Inuenitur etiā capo vide ſupra capo.

Caupona. f. p. pe. ꝓdu. tam pro muliere tabernaria q̄ʒ ꝓ taberna.

Cauſa. ſe. f. p. dicitur a caſu quo euenit. Eſt ei origo ⁊ materia negocij nedum diſcuſſionis examine patefacta. que dum proponitur cauſa ē dum diſcutitur iudicium. dum finitur iuſticia: c. forus de verboꝝ ſignifica. vbi Ber. dicit in glo. Item cauſa eſt res in dicendo poſita cum interpoſitione certarum perſonarum. ſcilicet actoris. rei. iudicis et teſtium. ¶ Et dicitur a caſu. quia caſualiter occurrit preter hominū voluntatē. Et differunt cauſa et actio. Nā cauſa eſt negotiuʒ vel contractus ex quo quis mouetur ad petendum vel litigandum. vt eſt venditio vel locatio rei: ex qua oritur obligatio. et eſt cauſa ꝓxima obligationis que obligatio parit actionem. cum obligatio mater ſit actionis. Et eſt duplex cauſa. ſc3 ꝓxima et remota que differunt in actione reali et ꝑſonali. Nam in ꝑſonali remora eſt ipm factū. ꝓxima ē ipa obligatio. Et in perſonali non ſufficit ex/

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

primere cauſam primã dicendo. Ago ↄtra te. obligaris mihi in decem. ſed oportet expmere cauſam remotam. vt dicendo. Conuenio te qz mutuaui tibi decẽ. In reali prima cauſa eſt dominiũ. Sed remota eſt ex qua ↄſequitur quis dominiũ. Et nõ eſt neceſſe expmere remotam. vt dicendo. Ago ↄtra te. quia emi domũ. ſz ſufficit expmere primã cauſam dicendo. Ago cõtra te. quia ſum dñs domus illius. et hec no. in glo. ⁊ p doc. c. dilecti filij de iudi. De diuerſ ſpeciebus cauſaꝝ. vide bonã glo. xi. q. i. in ſũ. Eſt eñ quedã cã ſpũalis vel annexa ſpũali. vt illa que fit de iurepatronatus. Quedã ciuilis. vt cum agitur ſuper rei vendicatione in cauſa pecuniaria. Quedam criminalis. vt cum agitur directe de crimine. Quedam mixta. vt cũ agitur de crimine ciuiliter. vt de adulter s ad ſeparationẽ thori. In his tribus vltimis caſibus iuratur de calumnia. in primo non. ſed ſoluz d veritate dicenda.

Cauſe criminales dicuntur in quibus agitur ad vindictã ſiue ad penã. Etiã qñqz agitur criminaliter quando agitur ad vindictã publicã qñqz dr agi criminaliter quando agitur ad penam p modum inquiſitionis. denũciationis. vel ad intereſſe partis per viam accuſationis.

Cauſa minima eſt duoꝝ aureoꝝ vel decẽ aureoꝝ. vel quinquaginta ſolidorũ vel illa q̃ nõ ſufficit ad ſumptus iudiciales.

Cauſa autem argumento ſcz naturalis rõnis conſtat. aut pbatione teſtiũ. vel tabulaꝝ ⁊ inſtrumentoꝝ. c. forus de ver. ſig. facit eñ pbatõnem confeſſio. vt ibidem notaſ in glo.

Cauſe fauorabiles ſunt quattuor. ſ. de libertate. matrimonio. dote et teſtamento. c. duobꝰ de re iudi. Itẽ cauſa ſm logicũ eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud. Et diuiditur in cauſam materialem formalem. efficientem. et finalem.

Cauſatus. m. s. i. amator litis. vel reus q̃ ex aliquo crimine ad cauſam ducitur.

Cauſatiuus. a. ũ. qđ ex cauſa ſequitur. Unde cauſatiua dicuntur effectus cauſaꝝ.

Cauſidicꝰ. m. s. qui dicit et tractat cauſas ſm Hug. Pap. vero dicit. Cauſidicus orator. defenſor patronus. et cor pe. vñ Cauſidicus lites medicus pnoſtica vite. Uulnus amat medicus preſbyter interitus.

Cauſtos grece. latine incenſum.

Cauſula. dimi. id eſt parua cauſa.

Cauteriatus. a. ũ. põt eſſe pticipiũ a cauterio. as. ⁊ tũc tm̃ valet qz̃tum vſtus cauterio vł diffamatus. Uel põt eẽ nomen. et tunc tm̃ valet qz̃tum dukus. malus vel corruptus.

Cauteriũ. n. s. eſt ferrũ quo vtuntur infirmi q̃ſi cautiriũ. quia caute vrit. Et etiã quo inurũtur damnati p ſigno. vt dum caro vritur voluntas refrenetur. Inde cauteriolũ.

Cautes. tis. f. t. eſt petra duriſſima et aſperrima. dicta a cautus. quaſi cauta. quia cauetur vnde theodolus. Lamburt aĩalia cautem ſz Hug. Pap. vero dicit Cautes ſaxa aſperrima videlicet maris. dicte a cauendo a nauigantibus. ſcz quaſi caute.

Cauticus. a. ũ. i. aſper durus. et dicitur a cauterium. vnde macer de viribus herbaꝝ. A medicis ruthe vis cautica dicitur eſſe.

Cautio. onis. f. t. i. cautela. iuratio. obſeruatio. ⁊ ponitur pro ſcripto vel charta in qua ſcribiſ cõputatio. vt luce. xvi. Accipe cautionẽ tuam. Et vt Pap. dicit. Cautio eſt breue chirographum. Item ſm iuriſtas: Cautio eſt generale nomen oĩm ſecuritatum quotiens. quis ſecurus redditur de eo qđ ſibi pmittitur. Et diuiditur in infraſcriptas ſpẽs. quia cautionũ alia eſt hypothecaria vel cirographica ſcz quando inter aliquos interuenit hypotheca vł chirographum. et poſſunt dici ſatiſdationes.

Cautio rati danda eſt cũ de mãdato dubitaſ. C. de pcu. l. i. Et dicitur illa ſecuritas que req̃ritur a pcuratore actoris pro domino cuius nomine agit. ꝙ ratum habebit omne illud qđ in iudicio per illum factum fuerit. Unde cauere de rato vel ſatiſdare ẽ pcuratorẽ actoris pmittere velle perſeuerare vſqz ad fine litis.

Cautio fideiuſſoria eſt quando interuenit fideiuſſor principali obligationi Et dicitur ſatiſdatio. Et he multe ſunt. vt de lite proſequẽda iudicio ſiſti. iudicatum ſolui et de rato.

Cautio fidei proprie interuẽtu dicitur que fit per fidem preſtitaz ſine ſolemnitate iuramẽti.

Cautio iuratoria eſt quando compromiſſio. iuramento firmatur. vt quãdo iuro ſolẽniter. me debere aliquid. vel impleturũ pmitto

Cautio nudo pacto eſt cum aliquis fidem tantam habet de me ꝙ contentus ſit nuda pmiſſione mea. Et hec pprie dicitur pollicitatio. vł pollicita conuentio. Unde vere et pprie dicitur ſatiſdatio et ſatiſfactio dici põt. Sed ſatiſdatio proprie eſt cum duo paciſcentes. duas ſcripturas ſub eadem forma verborũ inter ſe conficiunt ⁊ mutuo tradunt. Et pollicitatio. et ſatiſdatio cautele dici poſſunt. proprie loquendo.

Cautio pignoraticia ſiue etiã hypothecaria eſt

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

cū pignus traditur aut hypotheca .ſupporta/
tur.et dicitur etiam ſatiſdatio.

Cautio de euictione dr̄ qn̄ ſecuritas preſtanda
eſt vel preſtita emptori a venditore ſit ea con/
dictione.vt ſi ab eo euincatur venditor reſtitu
at eſtimationē rei in duplum. vel in ſimplum
ꝑut inter eos prius conuentum eſt.

Cautionū alie multe poſſunt eſſe ſpēs.ꝑut ad
diuerſas materias applicantur.vn̄ Spe.i tra
ctatu libelli ti.de pigneribus.§.ſequitur vbi q̄l
dam alias ſpecies cautionū ꝓſequitur.

Cautio.de damno infecto eſt que preſtatur cū
tua dom⁹ ruinoſa minatur domui mee ruinaꝫ
vel etiā p̄ſtatur ſm quoſdam cū timeo ꝙ aliq̄s
mihi inſidietur .poſſum agere vt mihi preſtet
cautionē ne me offendat.

Cautio de ope moliendo quam p̄ſtat ille qn̄ꝗ
cui nūciatur opus nouū.ſ.ꝙ ipm opus demo/
liatur ſi conſtiterit cū iniuſte edificaſſe.

Cautio de vſufructu in qua de duob⁹ cauet.ſcꝫ
ꝙ vſufructuarius re nō male vtatur.et ꝙ etiaꝫ
vſufructu finito reſtituat quod ex re ipā ſuper
extat.

Cautio qua heres cauet ipi legatario cū heres
dat fideiuſſores legatario delegato preſtando.

Cautio qua legatarius cauet heredi . eſt illa q̄
legatarius ſatiſdat heredi.vt ſi falcidia locum
habet ꝙ amplius noīe legati recipit q̄ꝫ ratio le/
gis falcidie patitur.id heredi reſtituat.

Cautio arrogatorū qua arrogator ſtipulatꝰ ſer
uo publico qđ reſtituat arrogato que ab eo ha
buit vel eis ad quos ꝑuentura ſint et ꝙ dabit
ſibi quartā ꝑtem de bonis ſuis ſi eum ſine cau
ſa emācipauerit ſeu exheredauerit.

Cautio qua cauetꝰ ei cui reſtitutio fieri debꝫ ꝑ
quā rogatus reſtituere bona alicuius ſi ſine li/
beris deceſſerit.quicq̀d poſt mortē de heredita/
te extrahit.cogitur cauere illi cui debet fieri re/
ſtitutio ꝙ ſeruat ei quartam partem.

Cautio mutiana a Mutio iuriſconſulto di/
cta eſt.et habet fieri in vltimis voluntatib⁹ et
cōmuniter ſm doc.non in cōtractibus. Et fit i
conditionibus negatiuis.puta ſic dicendo.
Si Ticius capitoliū non aſcenderit ſi ſeruū
nō manumiſerit.lego ei decem.l.mutiane cau/
tiones.ff.de condi.et demonſtra.

Cautus.a.ū.i.qui ſibi cauet.aſtutus.calidus
gnarus.et dr̄ a caueo.et pōt eſſe nomen vł par
ticipiū. In Grecismo ſic dicitur. Cautū pui/
ſum cautū ſignat q̄ꝗ firmū. Itē cautela dimi.
ē ⁊ tn̄ qn̄ꝫ ſupabūdātiā iportat vt cū dr̄. Abū
dans cautela nō nocet.l.teſtamēto. in fi. C. de
teſta. Inde cauteloſus.i.prouidus. circūſpe/
ctus vel plenus cautelis.

Cauus.a.ū.dr̄ a cauo.as. Et ē cauū natura ca
uatū manu. Et cauus.ui.ſubſtantiue.ꝑ cauer
na vel foramine. Inde cauitas.tatis. Et ꝑ cō
poſitionē. Cōcauus.a.ū.in eodem ſenſu.

## C ante E

Cecula.f.p.eſt genus ſerpentis ſic dicta.q: eſt
parua et non habet oculos.

Cecuma.f.p.i.noctua a cecus dicitur.

Cecus.a.ū.qui neutro oculo videt.et dicitur
a ceco.as.vel dr̄ a careo.q: caret viſu. Inde ce
citas.atis. Item cecus cōponitur cū ſemi vt ſe
micecus a.ū.pro dimidia parte cecus.

Cecū.ci.n.s.eſt quoddā inteſtinū.⁊ dr̄ a cecus
quia eſt ſine foramine et exitu.qđ greci tiloneu
tron dicunt.

Cecuta.f.p.eſt.genus fiſtule.

Cecuticen:cō.t.qui canit in tali fiſtula.

Ceda.f.p.i:charta. Iñ cedula.i.ꝑua charta.

Cedar eſt nomen loci videlicet regio ſaraceno
rū trans arabiā ſita. Unde ꝓpheta. Habitaui
cū habitantib⁹ cedar. Itē cedar fuit Iſmael
et interp̄tatur tenebre vel meror.

Cedes.dis f.t.i.verberatio vel inciſio vł occi
ſio.et dr̄ a cedo.is. Inde cedecula.i.ꝑua cedes.

Cedria.f.p.ē vnguentū factū quo aſſeres lini/
ti nō putreſcunt. vl tp̄e vel vermibus.

Cedron nomen fluuij vel loci.et interp̄tatꝰ te/
nebre. Et nota ꝙ cedrō Iohānis.xviij.ē gtūs
pl'is grecus. Et eſt ſenſus Trans torrentē que
dr̄ cedron.i.cedroꝝ.et noīatur ſic ꝓpter multi
tudinē cedroꝝ.et eſt verſus orientem ꝓpe hie
ruſalem. Uel ſm Ioſephum. Cedron eſt val/
lis.vł torrēs iuxta hieruſalē ad orietalē plagā

Cedr⁹.dri.f.s.i.arbor quā greci vocant cedrō
qđ eſt arbor ardentis humoris.et imputribi/
lis. Item ſm Iſidoꝝ. Cedrus eſt lignū iocun
di odoris.et diu durans et nūq̄ꝫ tinea aut tere
dine.i.lignoꝝ verme exterminatur. Un̄ ꝓpter
eius durabilem ꝑpetuitatē ex cedris fiunt la/
cunaria in regū palatijs et in templis. Huius
arboris gumi vel lachryma dr̄ cedria. que ad
ꝯſeruationē libroꝝ ſūme eſt neceſſaria. Nā li/
bri ex hac lachrima liniti.nec a tineis corrodū
tur.nec tp̄e ſeneſcunt. Naſcitur in terris affrica
⁊ ſyria.et maxime monte libani. Et vt dic ra/
banus ſup pſalterium. Cedrus eſt arbor altiſ
ſima oīm arboꝝ dn̄a et regina. Eſt etiā aſpe/
ctu pulcra.ſemꝑ retinēs virorē ſuū et inſuper
odorifera.cui⁹ odor fugat ſerpentes ⁊ omnia
venenoſa. Inde cedrinus.a.ū.i.de cedro exiſ

Cedūus a.ū.venit a cedo qđ eſt incidere et dr̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſilua cedua.que eſt apta ad ſuccidendũ. ⁊ cuiꝰ
arbuſta recreſcunt. Et ita ſumitur in iure ci/
uili.

Ceila.lẽ.pe.cor.quidã locus eſt ſic dictus.

Celamen.n.t.et celatura pro codẽ id eſt ſculp
tura vel pictura. Et dicũtur a celo.as.

Celeber.m.t.hec celebris.et hoc bre.i.feſtiuus
ſolẽnis.ſanctus.deuotus.frequens.frequenta
tus. Et ꝓprie ille locus dicitur celeber q̃ a ſmlʳ
tis eſt frequentatus.vel vbi celebria agunť.vt
forum eccleſia. Et cor.le. Vñ Ouidius in.pri
mo de arte amandi. Vt redit atq; frequens lõ
gum formica per agmẽ. Sic ruit ad celebres.
cultiſſima femina ludos. Inde celebritas ta/
tis.id eſt ſolemnitas.frequentia conuentus.

Celebs.bis.cõ.t.id eſt celeſtem vitam ducens
ſcilicet virgo.vel caſtus ſine ſollicitudine ſecu
lari.vel vir caſtus ſine vxore. Vnde quidam.
Si mens lingua manus tibi ſit celeſtis et a/
nus. Viuas ſecure clauſtrum nõ ſit tibi cure.

Celer hic et hec ris.et hoc re.id eſt velox.⁊ cõ/
paratur.celer.ior.rimus.et cor.ce. Sed celer.
ſubᵗᵐ pro ſeruo Rhomuli.ꝓdu.ce.et cõponiť.
cũ.p.vt ꝓceler.et cũ.p̃.vt preceler.

Celeriuſculus.a.ũ.id eſt aliquantulum celer.

Celeſtis.cõ.t.et hoc ſte.id eſt celicus.q̃ſi ſtans
in celo.

Celeuma.matis.n.t.eſt clamor nauticus . qꝛ
ad celũ defertur. Dicitur quoq; generalʳr ꝓ q̃/
libet clamore. Hiere.xlviij. Nequaq̃ calcator
vue ſolitũ celeuma cantabit. Inde celeumati/
cus.a.ũ.qd cõponitur ꝓceleumaticus.ci.ſ.pes
metricus conſtans ex quattuor breuibꝰ ſylla/
bis.quia ad talem clamorem deſcribenduz.fu/
it inuentus: Vnde. Quattuor ipe breues ꝓ/
ceulematice ferues.q ãnt diciť celeuma quaſi
calcantium oma.id eſt.cantus.etymologia eſt
ſm Hug: Pap.vero dicit. Celeuma clamor
nautarum ſiue carmen ſup mortuos vel ſup la
cum.vñ. Dicas celeuma quã dat vindemia cã
tum. Editus a nautis clamor celeuma vocať.

Celibatus.us.ui.id eſt virginitas.caſtitas.

Celicola.ꝯ:p.pe.cor.qui colit deos vel celum
vel qui inhabitat celum.vt deus. Itẽ celicole.
licolarũ facit per conciſionem celicolum.quod
maxime fit in compoſitis et patronymicis.vt
graiugenum.caprigenum.omnigenum.enea/
dum.dardanidum.

Celicus.a.ũ.pe.cor.id eſt celeſtis.a celum.

Chelidon.i.hirundo.quia in celo.i.in aere ci
bum capit.

Chelidonia.f.p.eſt quedam herba.que erum/
pit in aduentum hirundinum ſi pacientur in
oculis.mater ex hac herba mederi dicitur ⁊ ſta
tim viſum recipiunt. Item chelidonia eſt que
dam gemma ex hirundinum colore vocata. q̃
et chelonites dicitur. Inde hic chelidoniacus
ci.gladius lati ferri.cuius mucro duplex ⁊ bi/
furcatus in modum caude hyrundinis forma/
tur.

Celigena.ꝯ.p.pe.cor.id eſt genitus a diȷs.

Celites.celitum.cõ.ge.pluraliter.vitam cele/
ſtem agentes ſcʒ diȷ.et dicitur a celum.

Celium n.s.idem eſt quod celtes quod vulgo
celtionem vel ſcalpellum vocant.

Cella.f.p.dicitur a celo.as quia celat in ea ha
bitantes. Inde cellula id eſt parua cella. A cel
la etiaʒ dicitur cellita.te.id eſt ſtudens vʳl ſtãs
in cella.

Cellariũ.n.s.diciť a colligo.gis qui in eo col/
liguntur miniſteria menſarum vel neceſſaria.
que victui ſuperſunt. Et eſt cellariũ paucoruʒ
dierum.ſed ꝓmptuarium longi temporis.
Inde hic cellarius et hic cellerarius id eſt cu/
ſtos cellariȷ.

Celox.ocis.f.t.vel hec celonis huius celonis.
id eſt velox nauis.et ad miniſteriũ claſſis apta
vnde. Ennius. Labitur vncta carina per equo
ra alta celonis. Inde hic et hec et hoc celox.id
eſt velox.

Celſus.a.ũ.id eſt altus.quaſi celeſtis.et dici/
tur a cello.lis.vel a celo.quia ſublimis ſit et al
tus.et componitur cum ex.et dicitur excelſus.
Inde celſitudo id eſt altitudo.

Celtes tis.m.t.eſt inſtrumentum ferreum ap/
tum ad ſculpenduz:et dicitur a celo.as.ꝓ pin
gere vel ſculpere.vnde Job.xix. Vel celte ſcul
pantur in ſilice. Quidam tamen legunt ibi cer
te. Vel dicitur a celleo vel cecuʟi.

Celtiber nomen gentile eſt vel populi . Vnde
celtiberi ſunt popũli mixti ex Gallis et hiſpa
nis.

Celte eñ dicuntur galli et hiberi hiſpani.in/
de dicũtur celtiberi mixti ex vtraq; gente pplʳi.
Et format de ſe femininũ.in.a.vt celtibera.

Celticus.a.ũ.i.nobilis et dicitur a celſus.

Celũ.n.s.dr a celo.as.quia celat nos.vel a ce
lo.las.ꝓ ſculpere.ſquia ſculptum eſt et inſigni
tum variȷs ſtellis.vel cõponitur a caſa et elios
qd eſt ſol.quia eſt caſa ſolis. Et eſt celũ etrocli
tũ genere.qꝛ in ſingulari ẽ ge.neu.in plʳi maſ.
Et ſunt plʳa noĩa idẽ ſignificãtia. Vñ Ether:
aſtra polus celum dicatur olympus. Et celum
eſt ſubſtantia corporea ſm ſui naturã eterna.
variȷs ſtellis ſculpta et ornata.

Cementũ.n.s:i.calx et minutorum lapidũ cõ

gregatiō. ⁊ cenſura lapidum. ⁊ fundamentum
domus. ⁊ dicitur a cedēdo. eo ꝙ ceſo lapide ſur
gat. vel quia fit de ceſis lapidibus. Inde cemē
tarius rij. q̇ diſponit lapides in muro. Ceme
tum etiam mendaciū ſigt. Inde cemētin⁹ a ū.
.i. ad cementum pertinēs. vel de cemēto exiſtēs
Cera. f. p. dicitur comeſtio ſerotina. ⁊ dicit̄ ab a
et cenon qḋ eſt cōmūe. quaſi a cōmunione ve/
ſcendi: Antiqui. n. publice ⁊ in patulo come/
debant nō ſolitarij et ꝑuati. ſicut modo. ne ſin
gularitas in delitijs luxuriā generaret. vl' dicit̄
cena q̄ſi ſcena. a ſcenon qḋ eſt vmbra. Et dicit̄
cena ꝓprie in ſero. ſicut iantaculum in mane.
Prandiū in tertia. Merenda vl' atecenia pro
nona. Abſoniū poſt cenam A cena dr̄ hec cenu
la id eſt parua cena. Et cenaticus. a. ū. id eſt ad
cenam pertinēs. Et cōponitur cena hic ⁊ hec i
cenis. i. ieiunus. quaſi ſine cena. Inde cenacu/
lum. n. s. et cenatoriū locus cenandi ſcʒ. Hug.
Pap. vero dicit. Cenaculum domus ſuperior
pars dictū a cōmunione veſcentiū. Inde et ce
nobium. bij. cōgregatio multorum. Iñ cenata
rius. m. s. et dr̄ ille qui victū manibus q̄ritat
Cenith eſt pūct⁹ in firmamēto directe ſup̄ po
ſitus capitibus noſtris.
Cenobates. tis. m. t. qui ꝓpter cenam ſup fu/
nē ambulat. Sed potius per. s. debet ſcribi. vi
de loco ſuo.
Cenobiū dr̄ a cenon qḋ eſt cōe. et habito. ⁊ idē
eſt qḋ monaſteriū. ſcʒ cōmunis habitatio plu
rimoꝝ vbi ſunt plures congregati inſimul ad
cōmuniter habitādū et comedendū. Inde hic
et hec cenobita. te. qui vl' que illū locū inhabi
tat. Quidā tñ ſolent ſcribere hoc nomē per ſc.
vt dicat̄ ſcenobiū. a ſcenō qḋ eſt vmbra. quia
talis loc⁹ ſolet fieri in vmbroſis locis et nemo
roſis Iñ ſcenobita. cō. p per ſc. Inde Pap ſcri
bit̄ p. c. cenobiū et cenobita. Unde dicit Ce/
nobite genus monachoꝝ quos nos in cōi vi/
uentes poſſumus appellare.
Cenodociū. n. s. id eſt dom⁹ in qua cenandi re
fugiū eſt pauperib⁹ ſcʒ hoſpitale. Inde hic ce/
nodociarius id eſt elemoſynarius et hec ceno/
dociaria eius vxor vel elemoſynaria. Sed hec
melius ſcribunt̄ p. x. vt dicant̄ a xenos vt infra
dicetur in. x. littera.
Cenodoxius. m. s. et hec cenedoxa. xe. qui vl' q̄
eſt cupid⁹ vl' cupida cenoſe vl' vane glorie. ſcʒ.
mundane. Inde hec cenodoxa id eſt vana glo/
ria. ſicut ē mundana gloria ſm Hug. Pap. ve
ro dicit. Canodoxis. i. iactātia ſeu vana gl'ia.
Cenodoxus. inanis glorie cupidus.
Cenofactoria. f. p. ars ē illoꝝ qui operant̄ de ce
no id eſt luto Act. xviij. dr̄. Scenofactoria p
ſc ⁊ medius. vide infra ſcenofactoria.
Cenomia. mie. f. p. i. cōis muſca. a cenon qḋ ē
cōe. et ſcribitur p. oe. ſm Pap. qui dicit.
Cenomia canina muſca ſed omnino mordax.
Scribitur etiā Cynomia per. y. ſed in alia ſi/
gnificatione.
Cenon vel ſcenos grece. latine nouū vel cōe.
vel mixtum.
Cenoſus. a. ū. i. fetidus. ſpurcus. lutulent⁹ hir
coſus. Iñ hec cenoſitas. i. fetor vel lutulentia.
Cenotaphiū. n. s. eſt inane ſepulcꝝ. id eſt mo/
numentū ſine corpe. qḋ conſtat ad memoriā
defuncti. Hunc aūt locū placet eſſe religioſum
ſicut in ea re teſtis eſt Uirgili⁹. Sed duo fra/
tres Anthonius et Seuerus. contra ſcripſe/
runt quoꝝ ſententia preualet vt. ff. de re. diui.
l. in tantum. §. fi.
Cenouectorium. n. s. i. inſtrumentū cū quo de
portatur cenum. Inde cenouehum: hi. idem.
Cenſite dicuntur q̇ cenſent̄. i. cenſum p̄bent
Cenſitor ē qui recipit p̄ſentationes collectoꝝ.
coloni et pigneris iure venditis p̄dium. ſi cen
ſus nō ſoluitur. vt. ff. de cenſi. l. forma. §. illa.
⁊. l. cū poſſeſſor. §. pro pecunia.
Cenſor oris. m. t. i. iudex et ꝓprie qui iudicat
de moribus. et eos corrigit:
Cenſorinus et cenſorius. m. s. pro eodem. ſ. cē
ſor. Uñ Cato dictus eſt cenſorinus. qr̄ morū
erat corrector. Et pūt eſſe adiectiua et poſſeſſi/
ua. vt Cenſoria res. i. cenſoris. Itē pūt eſſe de/
riuatiua a cenſus. vt hic cenſorius et hic cen/
ſorinus id eſt ille qui cenſum ſeruat vel pecu/
niam.
Cenſualis. ꝯ. t. et hoc le. i. officialis qui cenſuꝫ
exigit ꝓuincialem. et qui dat illum.
Cenſura. f. p. pe. ꝓdu. i. iudiciū. vigor. ſeueri/
tas. menſura. vindicta. poteſtas ſententia. dec⁹
Cenſus. us. ui. pecunia. facultas deſcripta pu/
blice vel eſtimata. Dicitur etiā hic cenſus. ſi q̄
rū patrimonia publice annotata ſunt deſcrip/
ta vel eſtimata. Inuenit̄ etiā ⁊ cenſus. a. ū. par
ticipiū a cenſeo. Item cenſus tributum et pen
ſio publica idem ſunt. vt. C. qui. cau. pig con/
tra. l. i. et. C. ſi ꝓpter penſionē publicā. l. ſi acci/
pitur. Uel cenſus eſt penſio que ſoluitur de ꝓ
uentibus.
Centaurus. m. s. dicitur a gigno vel genitus
⁊ aura quaſi gentaurus. i. genitus ex aura Si
quidē ſm fabulas poetaꝝ xion ſecretarius. Iu
nonis eam interpellauit de concubitu. que cū
filio Iouis formauit quandam nubem in ſui
ſpecie et eā obtulit xioni. quā putās ille Iu/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nonem eſſe. effudit ſemen in nubem. ⁊ inde nata ſunt q̄dā monſtra. in media pte hoīes. ⁊ in media pte ſcꝫ inferiori equi. Et dicti ſunt centauri q̄ſi gentauri. i. geniti ex aura. Inde cētaureus. a. ū. ⁊ hec centaurea. ree. quedā herba ſm Hugꝰ. Pap. ṽo dr̄. Centauri a latinis dci breuitate. Nā hypocentauri dicere debem⁹ ab hypo. i. ſubtus. ⁊ centaurus equus qꜭ cū ſupius eſſent homīes inferius erant equi. Dicit̄ autē hoc nomē ſiue monſtrū ꝯfictū fuiſſe ad exprimendā humane vite velocitatē. qꜭ equus eſt velox. Scdm̄ aūt hiſtoriā xion ꝑmus in grecia centū milites armatos adunauit. i. q̄ equites cū ab indoctis primū viderētur ſuper eq̄s vnū aīal reputati ex hoīe ⁊ equo dci ſūt cētauri. q̄ſi centū armati. vl' qꜭ centū erant q̄ſi aura cito volātes terrā ꝯſumebāt.

Centenarij dicūtur duces vl' mgr̄i centū militū quoꝝ ptās dr̄ centena.

Centenari⁹. a. ū. ꝯtinēs centū vl' hn̄s centū annos. ⁊ dr̄ a centū vl' centenus. Et hic centenarius. rij. pro tali numero. Et hoc centenarium rij. pro quodaꝫ pondere centū librarum. quod pondus rhomani inſtituerūt pro ꝑfectiōe centenarij numeri.

Centenus a centū dr̄. ⁊ in ſingulari tm̄ valet q̄ꝫtū ſuū ꝑmitm̄. Sꝫ in pl'ali tenet̄ diſtributiue. ⁊ diſtribuit ꝑ parē numerū. ſicut bini ⁊ trini. vt Iſti incedūt cēteni. Itē hoc centenum. ni. quodā genus annone. ſ. miliū eo ꝙ in pleriſq̄ꝫ locis ſemen eius in crementū frugis cēteſimū renaſcat̄. Vn̄ ⁊ miliū a ml'titudīe fruct⁹

Cēteſim⁹. a. ū. nom̄ ē ordiale. ⁊ dr̄ a cētū ⁊ dr̄

Centiman⁹. us. ui. dr̄ a centum ⁊ manus ſm Priſcianū in. vi. li. Poteſt tñ declinari hic cētimanus. ni. vl' adiectiue. centiman⁹. a. ū. q̄ cētū hꝫ manus. ⁊ cor. pe. Pap. aūt ſequēs Priſcianū dicit. Centiman⁹ a manu ꝯpoſitū eius ſuabit declinationē. hic centiman⁹. hui⁹ centimanus. Nota igit̄ nullū aliud propriū pticipiū vel adiectiuū vel mobile quarte declinacōnis eſſe.

Cento. tonis. m. t. dr̄ a centū. Et dicebāt̄ olim centones q̄ de carmib⁹ Homeri vl' Virgilij ad propria opera more centenario ex multis hinc inde cōpoſitis vnū ſarciebāt corpus ad facultatē cuiuſcūq̄ꝫ materie. Sed de cuiuſcūq̄ꝫ carminibus quicūq̄ꝫ hoc mō faciūt centones dicūtur. Et cento. onis. dr̄ ſartor puluinaris. vl' velū de multis pānis vl' qui facit filtra. vl' ipſum filtrū. Unde Iuuenalis Intrauit callide veteri centone lupanar. Quidā tamen dicunt ꝙ hic cēto dr̄ fetor veniēs ex libidinis aſſiduitate. Et etiā cēto ſit pannus ille immūdus cū quo meretrices tergunt immūdicias.

Centra dr̄ portus egypti.

Centris. is. f. t. eſt quidaꝫ ſerpēs infectuoſus rectus incedens.

Centrix. f. t. a centū dr̄ vl' a cento. Et dicūtur centrices meretrices. i. lupe. multiuire. diauolares. nonarie. ⁊ dicūtur a centū ꝓpter multitudinē. Vel a centonibus. i. filtris. qꜭ ex eis deſiccabātur vel qꜭ ſternātur in lupanari. vt locus reddat̄ calidior.

Centrū. tri. i. punctū in medio circuli vl' alterius rei. a q̄ equaliter diſtat q̄libet pars pariferie vl' circūferētie. qđ ⁊ hoc centrū inuenit̄ indecli. ⁊ h̄ centro. onis. inuenit̄. Et in q̄dā hym centrū ſumit̄ pro ſole. eo ꝙ ſit in medio planetaꝝ. Etiā ſumit̄ pro terra.

Cētua. fe. p. ē mēſura terre vl' vinee hn̄s ꝑ ſingulas ptes pedes centū.

Centū. o. g. indecli. ⁊ tm̄ pl'al' nūeri. ⁊ ē ꝑmitiuū vt dicūt. vl' poti⁹ deriuat̄ a cātus. ti. qđ eſt circul⁹ ⁊ circūferētia rote. qꜭ ibi circulat̄ ⁊ curuatur numerus ad primū vl' qꜭ ille numerus eſt impfectus.

Centupeda. f. p. ē gen⁹ aīalis a multitudine pedum dictum.

Cētuplus. a. ū. pe. cor. i. centies tm̄.

Centuria. f. p. i. centū homines in re militari ⁊ dr̄ a centum vl' centurio. Vn̄ Oratius. Centurie ſenior agitant expertia frugis. Et centuria dicitur ducenta iugera in agris. ſicut ager ducentorū iugerū. q̄ antiq̄t⁹ a centū iugerib⁹ centuria vocabat̄. ſed poſt duplicata eſt mēſura. ⁊ nom̄ priſtinū retinuit. In nūero em̄ centurie ml'tiplicate ſūt. ſꝫ nom̄ mutare nō potuert ſm Hugꝰ. Pap. dicit. Centurias dicim⁹ ptes exercitus in centenos milites diuiſas. Vn̄ ⁊ q̄ his p̄ſunt cēturiones dicūtur.

Cēturio. in. t. dr̄ q̄ preeſt cētū viris. ⁊ dr̄ a centū. vl' q̄ p̄eſt centū militib⁹.

Cētuſſis. m. t. i. cētū aſſes. l' p̄ciū cētū aſſiuꝫ. ⁊ dr̄ ab as ꝓ obolo. Vn̄ Perſi⁹ Et cētū g̃cos curto cētuſſe licet̄. Sꝫ h̄ poīt̄ ꝓ cēteſiā pte aſſis.

Cenū. n. s. ſordidū lutū. vorago pro funda. et dr̄ a ceno. as. ꝑ ꝯtrariū. qꜭ nō cenat̄. Vn̄ cenulētus. a. ū. i. plen⁹ ceno. ⁊ dr̄ a cenū ⁊ lentos grece qđ ſcat plenitudinē.

Cepe. n. indecli. in ſingl'ari ⁊ in pl'ali cepe arū. f. g. dr̄ herba l' legumē cui⁹ ſctus ſolū ꝯſiſtit in capite. dr̄ a cephas qđ ē caput. qꜭ nō ē niſi caput. Inueit̄ etiā cepa. pe. in ſingl'ari. Vn̄ Ouid. Cadēda eſt hortis eruta cepa meis.

Ceparius. m. s. hortolan⁹ q̄ cuſtodit l' q̄ vēdit



17

cepas. Jn͂ hec ceparia.rie.i.hortulana.ꝛ cepa/
rius.a.ū.poſſeſſi.vt foliū ceparium.i.cepe l' deſig
nat materiā. vt olus ceparium.i.de cepis.
Cephalia.f.p.pe.pro.paſſio capitꝭ. Cephalin
enim greci caput dicūt ſm Pap. Hugꝭ. vero dic.
Cephalia vl' cephalargia.vena vl' dolor capi/
tis a cephas dr̄.ſzꝫ ſcḋm Pap.cephalargia ē hu/
Cephas l' cephali greci dicūt ca ) mor capitꝭ
put. Vn͂ cephas dictꝰ ē Petrꝰ. qꝛ in capite et
principatu ē ↄſtitutꝰ apl'oꝝ. Itē cephas hebrai
ce. Petrꝰ grece.latie agnoſcēs.ſyriace caput.
Cepitiū.n.s.vl' hic cepitiꝰ.i.cepe.
Cepidines.dinū.f.t.i.ſaxa.ſ.in mari.vl' q̄ pre/
eminēt in ꝑruptꝭ locis.
Cera.re.f.p.ab ape q̄ dr̄ apes fit.ſ.ↄfectio quaꝫ
faciūt apes ex liq̄re aeris ad ↄſeruandū fauum
mellis. Itē cera materies fuit lrāꝝ illarū que
puuloꝝ nutrices fuerūt. Itē ſm aliq̄s cera ac/
cipit' pro cornu. Jn͂ cerica.i.canēs in cornu.
Ceramius.m.s.i.figulus q̄ ſicut fingit ceram
ita argillam a cera ꝛ limus.
Cerarius.m.s.q̄ facit l' vēdit cerā l' q̄ opat' i ea
Ceraſtes vl' ceraſta dr̄ ſerpens cornutꝰ. Unde
Gen͂.xlix. Ceraſtes i ſemita. Et dr̄ a ceros qḋ
ē cornu.eo ꝙ in capite cornua habeat arietum.
Vn͂ Lucanꝰ in.vi. Aut viuētis adhuc lybie
mēſure ceraſte.
Ceraſus.ſi.f.s.ciuitas fuit pōti quā ciuitatem
cū Lucilꝰ deluiſſet qḋdā genꝰ pomi inde ad
uexit.ꝛ dicta ē arbor hec ceraſus.ꝛ fructꝰ eius
hoc ceraſum.l.dr̄ ceraſus a cerite oppido vbi
Cerati.idc.qḋdā pōdꝰ.ſ.media ps ) abūdat
oboli.hn͂s ſiliquā vnā ꝛ ſemis.hunc latini ſe/
miobolū vocāt. Cerati grece.latie ſiliq̄ cornuū
Ceratꝰ.a.ū.ꝛ cereꝰ.a.ū.dr̄n͂t.qꝛ ) interptat'.
cereū ē qḋ totᵐ ex cera ↄſtat.ſꝫ ceratū qḋ l' linitū
vl' incruſtatū ē cera. Vn͂ ꝛ cerate dicūt' tabule
Ceraunia.nioꝝ.pl'is nūeri. ) in q̄bꝰ ſcribūt'
id eſt acutōes vl' exaltacōes vndarū in tēpe/
ſtate q̄i amnes cornuti. vn͂ Lucanꝰ i.v. Mo/
uitꝫ ceraunia nautꝭ. Vn͂ ceraunia dicūtur ſaxa
ꝑeminētia in mari inſtar cornuū. Itē a cera hec
ceraunie.niarū.i.vites vl' vue qꝛ ſūt ſubrubee
vt cera. Vl' ceraunos grece latie dr̄ fulmē ꝛ in
de ceraunie.niaꝝ.vites l' vue qꝛ rubeāt vt ignis
Et hec ceraunia q̄dā gēma ſic dicta.qꝛ alibi n͂
inuenit' niſi i loco fulmie icto. Et h̄ ceraunium
nij.nota q̄dā q̄ ponitur qn͂ ml'ti v̄ſus impro/
bātur.nec ꝑ ſingl'os obelāt'. Et hec ceraunia.
ioꝝ.ꝑrupte ſūmitates mōtium dicūt'.a crebra
fulmiacōe.qḋ ↄponit' cū acros qḋ eſt mons.ꝛ
dr̄ acroceraunia.nioꝝ.illḋ idē q̄ſi mōtes ful/
miati. Vn͂ ꝛ ceraunij ꝛ acroceraunij antono/
maſice dicūt' mōtes epyri ꝓpt' altitudinē ꝛ aſ
ſiduos ictꝰ fulminū Ceraunos grece fulmē ltie
Cerberꝰ ri.m.s.cais infernal'.tria capita habere
dr̄ ꝓpt' tres etates.ſ.infantiā. iuuētutē.ꝛ ſene
ctutē.ꝛ cor.pe.vn͂ Virgil'.enei.vi. Cerberꝰ hui
Cercopa.pe.ↄ.p.i. ) gēs latratu regna trifāis
certator.ꝛ dr̄ a certor.ꝛ copia.q̄i certās copio/
Cerdo.onis.dr̄ q̄ ꝑpat coriū ſic calcifex ) ſe
Vn͂ Perſiꝰ Tollat ſua munera ſardo. Itē cer
do i.ſutor.vn͂ Pap.di. Cerdōes ſutores. Itē
cerdo dictꝰ ē q̄dā hereticꝰ. Vn͂ Cerdoniani he
retici dicti ſtꝫ q̄ duo aſſerūt ↄ̄ria ꝑncipia.
Cerdon.interpraꝭ corium.
Cerealꝰ.gij.i.piſtor q̄ ad moᵐ cere deducit pa
ſtā.ꝛ dr̄ a cera ꝛ ago.
Cerealiū.lij.n.s.locꝰ vbi pais ꝛ cibus parat'.ꝛ
dr̄ a ceres.cereris.
Cerebꝝ.bri.m.s.vas capitꝭ.ꝛ ꝓpe medulla ca
pitis appellat'. Jn͂ cerebellū.i.puū cerebꝝ. Jn͂
cerebroſus.a.ū.i.iracundꝰ. l' q̄ viciuꝫ hꝫ in ce
rebro.vl' q̄ i eo patit'.
Ceres.cereris.f.t.ē dea frumti.ꝛ ſepe ponit' pro
ipo frumto.ꝛ dr̄ ſic qꝛ creat fruges. Ipa ē ꝛ ter
ra.ꝛ ops opis.qꝛ melior ſit terra ope.ꝛ ꝓ ſerpi
na.qꝛ ex ea ſerpent fruges. ꝛ veſta etiꝫ di. Jn͂ h̄
et hec cereal'.ꝛ hoc le.i.ad cererē ꝑtinēs.
Cerete.tis.n.t.dr̄ a chere. ꝛ eſt quedaꝫ ciuitas.
Vn͂ dum rhomani olim militarēt iuxta aq̄li/
nā ciuitatē queſierunt a ciuibꝰ qḋ eſſet nomen
ciuitatis. Illi vero inexptes lingue latine.vtpo
te greci.ſe a rhomanis eē ſalutatos credentes.
rn͂derunt chere.qḋ eſt ſalue.tunc rhomani che
re nomen citatis eē credentes ſubtraxerūt.h.ꝛ
addiderunt hāc ſyllabā te.ꝛ dixerunt h̄ cerete.
tis. Jn͂ antiqui ſumpſerunt nomē patrium.h̄
et hec ceretis.ꝛ hoc te.pe.ꝑdu. Poſtea rhoma/
ni antiqui cauſa differentie ad primitiuū.cor
ruperunt deriuatiuū mutantes.e.pe.in i.ꝛ dixe
runt hic ꝛ hec ceritis. ꝛ hoc cerite.ſimilit' pe.ꝑ
du. Sed moderni nomen amplius corrupe/
rūt patriū in ntō illo maſ. ꝛ fe.gꝭ.ſcilicet ceritꝭ
ſubtrahentes.ti ſyllabā dixerunt per ſyncopā.
et hic ꝛ hec ceres.ꝛ hoc cerete.gtō ceretis.vl' ce
ritis.pe.produ. Sed cauſa differentie ad pri/
mitium tam in e q̄ꝫ in i pe. inuenitur in iſto no
mine pe.cor.apud autores. Cū ergo in primi/
tiuo inuenit' i pe.cor. nimis improprie poitur
ſola poetica licentia.
Cerethi ꝛ pheleti nomina ſunt indecli.ꝛ accen/
tuantur in fine. Erant autem cohortes ſiue le
giones pugnatorum.ꝛ ſonat cerethi.extermia
tores.pheleti admirabiles. Hi erant pugna/
tores doctiſſimi. Unde ſcḋo Regum octauo.

Banaias filius Joiade ſup cerethi ⁊ phileti.
Hi erãt cuſtodes capitis Dd̃ vt dr̃ i hiſtorijs
Cereus.a.ũ.quod fit de cera et hic cereus rei.
id eſt candela ⁊ dicitur a cera.
Cerimonie.arũ ſũt feſta cum cereis facta. vel
cerimonie dicũtur quaſi carimonie.a carẽdo q̇
buſdã eſcis.qb⁹ oli iudei in feſtis abſtinebãt
vel qꝛ hoies carẽt vſu illarũ rerũ q̄ in ſacrifi/
cijs diuinis offerũtur. Jñ hec ceriõnia.orum.
ipſa ſacrificia. Et hic ⁊ hec cerimonialis ⁊ hˀ le
id ē feſtiu⁹.religioſus.diuinus.ſctũs.vel ſacri
ficatiu⁹. Jtẽ pñt dici cerimonie a charꝭ qd̄ eſt
gr̃a et mene qd̄ ē defectus.q̄ſi defectus gr̃e. qꝛ
hmõi obſeruatiões de ſe grãm nõ cõferebant.
Et nota q̄ i lege et pphetis q̇nqꝫ erãt q̄rũ no
ticia valde neceſſaria eſt.ſ.moralia.iudicialia
ceriõnialia.pmiſſa ⁊ ſacramentalia Moralia
erãt pcepta decalogi.de q̇b⁹ habeᵗ Exodi.xx.
Judicialia erãt illa de q̇b⁹ habeᵗ Exo.xxi. Si
emeris ſuũ hebreũ ⁊c. ⁊ hmõi ptinẽt ad pacẽ
inter hoies cõſeruandã. Alia erant cerimonia
lia.et hec erãt in differẽtijs ſacrificiorũ.i dıſ/
cretione ciborũ.in expiatiõe immũdiciarũ.in
obſeruatiõe ſolẽnitatũ. de q̇bus habeᵗ in Le
uitico fere per totũ. Promiſſa aũt erant ad al/
liciendũ.ſicut pmiſſio terre manãtꝭ lacte ⁊ mel
le.Exo.iij. Etiã pmiſſio angelice cuſtodie Ex/
di.xxiij. Ecce ego mittã angelũ meũ qui prece
dat te et cuſtodiat te in via.et inducat ad locũ
quẽ paraui. Et pmiſſio de oĩꝫ bonorũ mlti/
plicatiõe. Leui.xxvi. Si in pceptis meis am
bulaueritis.⁊c. Sacramẽtalia ãt erant figuẽ
ſacramentorũ noue legꝭ.ſicut eſt phaſe Exo.xij
Tollat vnuſq̇ſqꝫ agnũ p familias ⁊ domos ſu
as ⁊c. Et ſacramentũ vitule rufe Numeri xix.
Precipe filijs iſrl̃ vt adducant ad te vitulã ru
fam etatis integre.in qua ſit nulla macula.
Cerinthiani quidã heretici a Cerintho quo/
dam dicti Hi inter cetera circũciſionẽ obſer/
uãt mille annos p⁹ reſurrectionẽ in voluptate
carnis pdicãt futuros Uñ et grece chiliaſte.la
tine millenati ſunt appellati.
Cernida.d.f.p.lignũ ſuper quod ducitᵗ taratã
tara ⁊ cernida dicitᵗ taratãtara.qꝛ diſcernit po
llinem a furfure
Cernulus a.um.i.inclinatus vel ingenioſus.
Cernuus a.um.i.acclinis hũilis. pronus in
capite ruens Cernui etiã dicũtᵗ ſocci ſiue ſolea
Cernuus etiam dicitur magnus infinitus
Ceroferarius.rij.qui cereũ portat.vt acholyt⁹
vel qui fert ad vendendũ
Ceroma.matis.n.t.quoddã vnguẽtũ vel que
dã ꝯfectio ex melle herbis ⁊ cẽa.qua paleſtrite
capillos ſuos inungebãt vt eẽt labiliores Jn
de ceromaticus.a.um.i.ceromate vnctus
Ceros grece dicitur cornu latine
Cerotũ ti.n.s.idẽ eſt qd̄ ceroma vel cõmixtio
herbarũ et vnguẽtorũ.
Cerrit⁹ a.ũ.me.pdu.a cẽs rerꝭ.dr̃ ĩterpoſita r
ne diceretᵗ cerit⁹ p vnũ r.putaretᵗ a cera dici q̇
hꝫ frumẽtũ l' inſanus a nimia potacõe l' ꝯgeſtio
ne.de q̄ q̇ pl⁹ recipit q̄ꝫ natura req̇rit inſan⁹ effi
citᵗ.ſicut antiq̇t⁹ qñ ſacerdotes cereris ei ſacri/
ficabãt ſolebãt inſaire Uel dicitᵗ a cerebrũ.ſ.fu
rioſus q̇ cerebrũ hꝫ cõmotũ. Uñ Grecıſ. Cer
ritus diceᵗ quẽ veſania torquet.
Cherſidrus.m.s.quidã ſerpẽs q̇ alternatĩ mõ
in aqua mõ in terra moraᵗ.et dr̃ a cherſon qd̄
eſt terra.et hydor quod ē aqua. Et idẽ dr̃ che
lydr⁹ Et ab eiſdẽ cõpõitᵗ.ſ.a chelõ quod ē cur
uũ.q̄ſi cherſydr⁹. Lucan⁹ tñ videᵗ velle q̄ ali
ud gen⁹ ſerpentis ſit chelydr⁹ q̄ꝫ cherſydr⁹. et
ꝯponitur ſm hoc a chelõ qd̄ ē curuũ ⁊ hydor
aqua.qꝛ ſp curuatᵗ ⁊ moratᵗ in aq̄ Jñ chelydrũ
dr̃ lignũ l' lapꝭ teres ⁊ lõg⁹ ⁊ volubil' ad modũ
ſpẽris illi⁹ q̄ arca adeq̄tᵗ. Uide qd̄ quidam ſo
lẽt pficere has dictiões corrupte dicẽtes celſy
drus ſed barbariſm⁹ ē in oibus Chelyndr⁹ tñ
iuenitᵗ ſꝫ ĩ alia ſignificatiõe.ſ.q̄dã figura q̄drata
ſicut dr̃ in geometria.hñs ſupius ſeicirculum
et dicitᵗ ſic a predicto lapide l' ſpẽte ppter eq̄
litatẽ. Jñ hic chelindroidos.dr̃ vmbra equa
liter creſcens in longum.
Cherſon dicunt greci terram.
Certamẽ n.t.venit a certo as.⁊ eſt idẽ quod
pugna vel litigiũ. Et ſtꝭ noĩa pl'a idẽ ſignificã
tia Uñ. Certamẽ lites rixas ⁊ iurgia vites Et
cõtẽtio vel diſſẽſio litigiũq̄ꝫ. Aſſit agonia qui
iũgitᵗ agonizanti. Cõtrouerſia necnõ diſcepta
tio ſciſma.
Certus a.ũ.dr̃ a cerno.is. Et proprie certus
dicitᵗ ille q̇ cernit rẽ de q̄ certificatur.lꝫ q̄ñqꝫ ad
aĩam referatᵗ Et certus cõponitᵗ cũ q̄ꝫ vt q̄ꝫcer
tus.i.valde certus.⁊ cũ in vt Jncertus a.um
.i.nõ cert⁹ ſm Hugꝭ. Papias ſo dr̃. Certa cla
ra manifeſta. Jñ certitudo et nihil aliud ē q̄ꝫ
determinatio intellectus aduñ
Certũ dr̃ nõ dubiũ Unde procurator debet eẽ
certus ff.de procul.l.ij. Jtem arbiter certus de
bet eſſe ff.de arbi.l.itẽ ſi vnus §.ſi in duas Si
militer tutor debet eſſe certus.ff.de teſta.tute.
l.tutor incertus.
Certicõditio cõpetit ex omĩ obligatiõe ⁊ ex oĩ
cã ex qua aliquid certũ et determinatũ petitᵗ ſi/
ue ex contractu.ſiue ex cã legati.ſiue ſuo nomie
ſiue obligetur hereditario Et ſunt due certicõ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ditiones. vna generalis in oī cōtractu vbi cer
tum petitur Alia ſpēalis in ↄtrāctu mutui Et
licet nulla lex hoc maifeſte dicat. pt tm̄ eligi ex
tex. Inſtꝫ· quib⁹ mo. re cōtra obli. §. i. ī fi. ibi ex
cōtractu. ſ. mutui naſcit̄ certicōditio. quaſi ꝓ/
nomē eo. demrāt ſpēalitatē in mutuo
Ceruica. ce. f. p. i. alapa vel potius colaph⁹
Ceruical. lis. n. t. i. puluinar aureale. quod ꝛ cer
uicariū dꝛ a ceruix.
Ceruicatus a. um. i. ſupb⁹ furioſus. cōtumax.
Ceruicoſus a. ū. i. ſupbus arrogās
Ceruinus a. um. pe. ꝓdu. i. res cerui. vel de cer
uo. a ceruus ui.
Ceruiſia ſie. f. p. gen⁹ potiōis. a cerere dꝛ
Ceruix cis. f. t. ē poſterioꝛ pars colli. ſicut gula
anterioꝛ. ꝛ dꝛ a cedo is. qꝛ ibi cedūtur capilli
Ceruix etiā accipit̄ pro ſupbia. ꝛ maxie i plī. ꝛ
qn̄qꝫ etiā in ſinglari Vn̄ Job xv. Cucurrit ad
uerſus eū erecto collo ꝛ pigui ceruice armatus
Cerul⁹ la. lū. pe. coꝛ. i. fluidus inſtar cere. viri/
dꝭ. niger glauc⁹ Prope q̇dē ceruleū ē viride cū
nigro. vt ē mare. Jn̄ cerule⁹ a. ū. pe. coꝛ. ꝛ vt di
Pap. Cerul⁹ dꝛ coloꝛ Cerule⁹ vero qd̄ ex ceru
lo ↄſtat. Itē cerulus nat̄e. cerule⁹ figmēti eſt.
Ceruſa quedā materies apta ad pingenduꝫ q̄
ex plūbo ſtānoqꝫ cōficit̄ ſm Pap. Hugꝭ. vero
di. A ceroma dicitur hec ceruſa ſe. quoddā ge
nus coloris
Ceruus eſt aīal q̇ddā. et dꝛ a ceros. qd̄ ē coꝛ/
nu Jn̄ hec cerua Jn̄ ceruulus. li. dimi. i. ꝑuus
ceruus. Jn̄ hec ceruula le.
Ceſar dꝛ a. cedo is. cecidi. vel qꝛ abſtractus fu
it de celo vtero mr̄is. vel qꝛ fortit̄ cedebat ali/
os ī pꝛelio. vl̄ qꝛ pꝛio ſecuit ceſariē ſibi. vel qꝛ
cū ceſarie ſit nat⁹. vel a ceſus dꝛ qd̄ ē elephas
qꝛ in ſingulari certamīe deuicit elephantē. Et
fuit ceſar Juli⁹ ꝑm⁹ impatoꝛ rhomanus. a q̄
quilibet impatoꝛ rhomanus dict⁹ ē ceſar. ſicut
et Auguſtus ab Auguſto. Et a ceſar ceſareus
a. ū. et hic et hec ceſarīēſis. et hoc ſe. Inueitur
etiā ceſar aliqn̄ in plī nūero Vn̄ Ouidi⁹. Ce
ſaribus virtus contigit an̄ diē.
Ceſar auguſta ſte. f. p. i. terracōnēſis hiſpanie
oppidū. a ceſare Auguſto fem̄ ꝛ noiatum.
Ceſarea. ree. vel ceſaria. rie. quedā ciuitas. ꝛ ſtꝫ
plᷣes ceſaree vel ceſarie noiate
Ceſaries ei. f. g. ē coma capit̄ ꝛ ꝓpe eſt viroꝛū.
Ceſia ſie. f. p. i. lenticula. Jn̄ ceſius a. ū. i. lenti
culoſus. Qui eni lenticuloſus eſt coloꝛē non
integrum ſed interciſuꝫ habet.
Ceſo. ſonis. m. t. q̇ de vētre mr̄is ceſo ſcinditur
Ceſonia nie. quedā caruncula in frōte equini
pulli. cū pꝛimū ꝓdit ex aluo vn̄ faciūt mlᷓeres
qnandaꝫ potionē moꝛtiferaꝫ. Itē ceſonia fuit
ꝓpꝛium nomē cuiuſdaꝫ mulieris.
Ceſoꝛ. oꝛis. i. inciſoꝛ. vn̄. ij. Paralipo. xxiiij.
At illi conducebant ex ea ceſoꝛes lapidum.
Ceſpes. itis. m. t. terra cum herbis euulſa. vel
frutex. vel virgultum. ꝛ dꝛ ſic q̄ſi circa pedes.
Ceſſabūd⁹. a. ū. i. ſilis ceſſāti. l̄ ille q̄ ſepe ceſſat.
Ceſſio eſt iuris ꝛ actionis trāſlatio Nam per
ceſſionem iura ꝛ actiones in euꝫ cui ceſſu tranſ
feruntur qꝛ ſicut in vendicōe vl̄ quolibꝫ titu
lo alienatōis rei coꝛpal̄ neceſſaria eſt tradicio
q̄ꝫtum ad dominiū tranſlationē. Ita ad tranſ
lationē rei i coꝛpalis. ſ. iuris ꝛ actiōis vtimur
ceſſacione que reputat̄ pro traditione.
Ceſtus. ſti. m. s. a. caſtus. vel ceſtos. ꝛ h̄ ceſton
indecli. i. cingulū veneris quo accigūt̄ ꝛ vtun
tur in legitimis nuptijs. ꝛ dꝛ ceſton q̄ſi caſton
eo ꝙ in feminis maritatis caſtitatꝭ ſignuꝫ ſit.
Unde poitur qn̄qꝫ pro legitima copula et ma
ritali concoꝛdia vel caſtitate.
Ceſtus. us. ui. a cedo cecidi. i. coriū cū plūbo
infuſo. quo manus ſuas pugiles muniūt ꝛ ſe
inuicē cedunt. Ceſtus etiā dꝛ baculus q̇ corio
et coꝛrigijs ſolet eſſe circūdatus. Etiā genera/
liter arma pugiluꝫ dicunt̄ ceſt⁹. Jn̄ videt̄ dici
ceſticulus. li. circul⁹ ī capite cū aliq̇d poꝛtat̄
Ceſura eſt finalitas dictōis in pꝛincipio pedꝭ
ita ꝙ ſequēs dictō a longa poſſit incipere vel a
breui. Non autē fit in primo pede q̄ꝫuis poſſit
incipere a monoſyllaba dictōne. qꝛ monoſylla
ba dictō non habet aliquid ante ſe a quo ceda
tur. licet illa cedatuꝛ. i. ſeparet̄ a ſequenti vt ſi
dicas. Non minoꝛ ē virt⁹ q̄ꝫ q̄rere parta tueri.
Ceſus. a. um. i. ꝑcuſſus. inciſus. maculatus.
Cetaria. i. vinaria ī quib⁹ cete ꝛ alij piſces ſūt
vel officina in qua liquamen ex piſcibus con/
ficitur. et dicitur a ceto.
Cetarius. rij. m. s. dꝛ qui cetum piſcē capit. vl̄
vendit. Et inde hoc cetariuꝫ. rij. loc⁹ vbi ven/
duntur cete. vel vbi capiunt̄ ꝛ abundāt. Qꝛ ꝛ
ꝓ ipſꝭ et pro quibuſlibet piſcibus ponitur.
Ceteri reliqui ex eodem numero.
Cetheus pe produ. interpꝛetatur abſciſus.
Cetei quidam ſapientes iuentoꝛes verboꝛum
Cethura interpꝛetat̄ thymiama. vxoꝛ fuit A/
bꝛahe poſt Saram.
Cetus. us. ui. i. congregatio hominum. et dici
tur a cedo ceſſi ꝑ contꝛarium qꝛ non cedit. vel
melius dicit̄ a coeundo quaſi coetus. Vn̄ per
oe dyphthongon debet ſcꝛibi. Inde deriuatuꝛ
hic cetus ꝑ ſolam e. maſ. g. in ſingulari. In plu
rali vero neutri ge. idecli. Pluraliter cete hoꝛ
cete pro piſce magno marino qꝛ copioſus eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inſtar cetūs. Unde. Eſt hoīm cetus. ſed viuit
in equore cetus.

## C ante H

Chalcos grece. latine es vel ferr dicit.

Chaldei interpretat feroces vel captiuātes. l'
quaſi demētes et dicūtur a Caleh filio Nachor
fratris Abrae. Unde dicti ſunt chaldei q̄ ſic
chaldei dicūtur. ſ. mutata in l

Caleph' interpretatur canis. vel quaſi viride.
ſiue cor. aut quaſi omne cor

Cham interpretatur calidus vel callidus ſiue
calor aut calliditas

Chami greci dicunt breue et humile

Chamos idolū moabitarum.

Chamul interp̄tatur ſurgēs dolor vel neceſſa
rie pturiens. ſeu calens dolore. aut caliditas
parturientis.

Chamus. m. s. eſt quoddā genus freni l' pars
et dr a chami qd̄ ē breue et humile. vel chamꝰ
capiſtrum eſt

Chanaan iterp̄tat poſſidēs dn̄s l' emlator gr̄e

Chananeus interpretatur emulator vel zelo/
tes ſiue paratus aut negociator

Chaos n. indecli. vt chaon. et etiā hic chaus.
chai. vel hic chaor choi. i. profunditas foſſa.
vel cōfuſio. caligo vel confuſio rerū. vel initium
rerū. ſ. hile in quo oīa fuerūt cōfuſa et cōmixta. et
a quo oīa ſm Hug. Pap. vo dr. Chaos greci
dicūt materiam celi et terre confuſam.

Charraz in terp̄tatur ira vel iracūdia ſiue fu/
ror aut foramis. Un̄ Tob. xi. Peruenerūt ad
charra q̄ eſt in medio itinere circa niniuen

Chaſleu interp̄tat ſpes eiꝰ. vel ſpans in eū

Chele dicūtur brachia ſcorpiōis pp̄ter curui
tatē Idē chele. larum inuenit p ſigno libre. qr ex
pedibus virginis et brachijs ſcorpiōis effici
tur et dicitur a chelon.

Chelidrꝰ ſerpēs quidā. vide ſupra i cherſydrꝰ

Chel'. lis. m. t. i. cythara. qr i modū brachiorum
curuata eſt

Chelon grece latine dr curuū Uel chelon gre
ce latie dr brachiū ſiue crus pp̄ter curuitatem.

Chere interpretatur ſalue vel aue vel gaudere
pducit che. Un̄ Perſiꝰ Quis docuit pſitacū
ſuū chere. i. ſuam ſalutationem

Chermel hebrayce dr qui et carmelus mōs eſt
in cōfinio paleſtine et phenicis. et iterpretatur
molle vel tenerū. ſiue agnꝰ tener. aut agnitio.
ſeu ſcia circūciſionis

Cherub cherubis cherubin cherubē. cherub.
cherube. et pluraliter cherubin p oēs caſus maſ
gene. et p m. ſcriptū. Item cherub indecli. i ſin
gulari et pl'i pro eodem. Item hic cherubin in
decli. maſ. gene. et ſcriptū p m. et tm̄ ſingularis
nūeri. et ſignificat vnūquēqꝫ angelorum de illo
ordie et tūc debet dici Sancte cherubin ora p
nobis. Item pluraliter hec cherubin et idecli/
et neu. gene. et tm̄ i plurali ſcribit p n. et ſigt il/
lū ordinem angelorum et tūc debet dici Sancta
cherubin orate pro nobis. et ſm p̄mā declina/
tionē pt dici Sācte cherubin orate p nobis.
Et iterpretat pleitudo ſeu multitudo. ſcia qr
illi angeli viciniꝰ poſiti deo. diña ſcia ampliꝰ
ceteris inferiorum ordinū pleni ſunt.

Cherucus ci. i. ſummitas mali. ſcꝫ illud quod
inſtar vexilli malo ſupponitur malo. et ſꝫ ven
tū mouet Un̄ Lucanꝰ Inſtabit ſummꝰ minor
vrſa cherucis. Quidā tn̄ dicūt q cherucī ſūt
capita et cornua antennarum. vel funes in malo.

Cheruni ſigti vel metuētes. ſeu formidantes
aut inſanientes interpretatur.

Chidon. interpretatur ſcutum vel clipeus

Chilindroidos dicitur vmbra equaliter cre/
ſcens in longum.

Chile cum aſpiratione eſt labrum.

Chilones cum aſpiratione. hoīes breuioribꝰ
labijs vocantur.

Chimera re. eſt quoddā monſtrū ſm fabulas.
habēs caput leoninū. pectus et ventrē caprinū
et caudā anguinā. Et p ſilitudinē meretrix di
citur chimera Un̄. Dis reuera meretrix eſt di
cta chimera Parte leo prima. medio caper an
guis in ima Un̄ Uirgilius in vi. enei. Horrē
dum ſtridens flāmata chimera Chimera etiam
eſt nauis enee Un̄ Uirgi. in v. enei. Ingentē
qꝫ gigas ingentiqꝫ mole chimerā.

Chios inſula dr lingua ſyra qr ibi maſtix gi/
gnitur Syri enī maſticē chion vocāt. et iñ chi
us a. um. pe. produ. que in primitiuo cor.
Itē chios dr filius. Itē chius chij. quidam lo
cus de quo dicitur Actu. y. Sequenti die ve
nimus circa chiū Scdm vero pap. Chius in
ſula in qua bonū vinū naſcitur quod chiū di
citur in qua fons eſt hebetes faciens

Choa eccia vel cōgregatio interpretat.

Chobal condēnatus l' cōdēnatio interpretat.

Chodorlaomor interp̄tatur q̄ſi generatio ma
nipuli vel q̄ſi habens decorum manipulum

Choeleth hebrayce. grece. eccl'iaſtes. latine cō/
cionator

Chomor interpretat laceſcens vel puocans
ſiue laceſſiones aut prouocatiōes.

Chonenias. interpretatur pcuſſus dn̄o. vel p
cuſſio domini.

Chorgula. e. p. dicitur q̄ chorum ducit. vel qui



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ē in choro cū cannulis cantat. qui aliter dr̄ cho
raules. et ex eiſdē cōponitur. Uel choraules cō/
ponitur a chorea et ago. is. ſ. qui agit choream
ſm̄ Hug. Pap. di. Choraules pnceps chori
vel qui cū cānulis. i. fiſtulis cāit in choro.
Chore interpretatur caluaria vel caluiciū l' calu⁹
Chorea ree. ſ. p. i. ludicris cātilena vel ſaltatio
et dicitur a chor⁹. Pap. vero di. Chorea ſon⁹ lu
dorū. cantus vel carminis.
Choreb interpretatur mēſa vel maſſa. ſiue tēp/
tās aut tēptatio.
Chore⁹ interptatur tracūd⁹ l' liber aut de foramie
Choricau⁹ ni. m. s. dr̄ qui canit in choro. vel
cum choro. et dicitur a chorus et cano
Choricista idem
Chorulus dimi. i. paruus chorus.
Chor⁹ ri. m. s. eſt multitudo in ſacris collecta
Dicitur tn̄ et chor⁹ loc⁹ vbi canūt q in choro
ſūt. et dr̄ a cōcordia. Aliȷ dicūt q chor⁹ deri/
uatur a corona. eo q oli i modum corone circa
aras ſtarēt et canerēt. ſ3 meli⁹ videtur q corona
a chorus deriuetur Uel chorus dr̄ a coeuus. qſi
coeuorū cātus. l' ſocietas vl' locus. A chor⁹ de
riuatur hic chorus ri. quidam vētus collatera
ralis zephiro. q2 vētorū circulū claudit et quaſi
chorū facit Itē chorus ē quedā menſura decē
modiorū. ſed hoc ex hebreo deſcendit. q vocat
chora ad ſilitudinē collis. Choria ei hebraice
colles appellantur. Coaceruati eni xxx. modiȷ.
iſtar collis videntur. et onus cameli efficiūt ſm̄
Hug. Itē chorus ē gen⁹ muſici inſtrumenti
cū duab⁹ cānis. i. fiſtulis. p vnā recipit ventū
p alterā reddit ſonū. Et corus p vēto nō aſpi
ratur. ſ3 p aliȷs ſignat aſpiratur. et pmā cor. ſed
p vento pducit Un̄. Conſona turba chorus
quatiens eſt aera corus
Chous choi. m. g. eſt ps celi. ſ. qua celum con
tinetur l' ipm celū. Itē inuenitur chous choi pro
quodā loco de quo dr̄ Actu. xxi. A recto curſu
venimus choum.
Chremes etis. ppum nomē cuiuſdā perſone i
comedia quadā Terentiȷ
Chryſeus a. um. i. aureus. et dr̄ a chryſos qd̄ eſt
aurum In̄ chryſat⁹ a. ū. i. deauratus.
Criſis grece. latie dr̄ ſecretū vel iudiciū Sed
chryſos idem ē quod aurum
Chriſma ē grecū. et ſcribitur p ch. et dr̄ vnctio la
tine. et dr̄ a chryſos quod eſt aurum
Chryſolitus. m. s. ē lapis pcioſus ſimilis au
ro cū marini coloris ſilitudine. et dicitur a chry
ſos quod eſt aurum.
Chryſopaſſus quidā lapis pcioſus viridis au
reeq mixture. a chryſos quod eſt aurū et paſſos
qd̄ eſt porrum ppter colorē viridem
Chryſopothaſius lapis pcioſus ethiopic⁹ q
lux celat. pdit obſcuritas Nocte enim igneus
Chryſoſtom⁹ a chryſos qd̄ ē au/ Dic aure⁹
rū et omos quod ē os. dictus ē Johēs chryſo
ſtomus. i. aureū os.
Chriſteeleiſon ab eli qd̄ ē de⁹ dr̄ quoddā ver/
bū grecū. ſ. eleiſon. i. miſerere Inde criſteeleiſō
id eſt criſte miſerere.
Chriſtianiſmus mi. cultus et ritus xpianorū
et dicitur a xpianus et mos.
Chriſtianus ni. Un̄ chriſtiani a chriſto dicti
ſunt. ſicut a iuda iudei Sed ab vnctione de/
ductū ē hoc nomē. qd̄ nomē pmū i antiochia
p petri pdicationē exortū eſt. vt hētur Act. xi.
Chriſticola. e. p. pe. cor. i. chriſtū colens.
Chriſtus a chriſmate dict⁹ eſt quaſi criſmate
vnctus Chriſma eni grece latie dr̄ vnctio. qd̄
nomē chriſtus oli erat cōe et ſacerdotibus et re
gibus. q2 et hi qui vocabātur ad regnū et qui
ad ſacerdotiū inungebātur. De regibus hētur
in Eſaia. Dicite chriſto meo Cyro De ſacer/
dotib⁹ dr̄ in ps Nolite tāgere xpos meos.
Un̄ dn̄s noſtē antonomatice p ꝓ noie dict⁹
eſt xpūs. q2 ver⁹ rex et ſacerdos fuit et chriſma
te vnct⁹. i. vȷ. donis ſpūſſci plenarie delibut⁹
Chus interpretatur ethiops vel tenebroſus
Chuſan interpretatur tenebrās donū l' nigre
do gratificationis
Chuſaura ſathaim tenebroſa iniquitas. l' ni/
gredo impietatis interpretatur.
Chuſi interpretatur ſecretum vel ſilentiū. vel
arcanum aut profunditas.

## C ante J

Ciathus. thi. m. s. ē quoddā vas ad bibēdū
Et. xȷ. ciathi vnū ſextariū faciūt. Itē ciathus
paruus ciphus. craterculus. porrectorius. Et
cor. pe. Un̄. Ex magnis ciathis multi periere
ſciatis.
Cibariū n. s. i. cibus Et adiectiue cibarius a.
um. qui vel que vel quod ptinet ad cibum
Cibatus us. m. i. comeſtio. declinatur etiā ad/
iectiue cibatus a. um.
Cibe bar plis nūeri. i. teſſere qdrate. ſ. taxilli.
Cibeles lis. vel hec cibele lis. i. mr̄ deorū. ſ. ter
ra. que cibaria pfert. et dr̄ a cibo as. vel potius
a cubon qd̄ interpretatur ſolidū vel firmum.
quaſi cubele. eo q inter elementa nullū ſit fir/
mius et ſolidius illo. vel dicitur ſic a cubelo mō
te in quo colitur. Et a cibele vel cibelo dicitur ci
belus la. lum poſſeſſiuum. Et cibeleus cibeles
cibeleum idem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ciboriū.rij.n.s.qddā vas ad cibos deferēdos
Cibosus.a.ū.i.cibo plen⁹. Jn̄ hec cibositas.ta/
tis.plenitudo ciboꝝ.⁊ dr̄ a cib⁹.

Cibus bi.m.s.dr̄ a capio.pis.ꝙ āt dr̄ cib⁹ q̄ſi
capt⁹ oze.qꝛ capit oze.etymologia ē.nō ꝯpoſi/
tio.Jtē ſm Pap. Cibus grecū ē. Eſt aūt figu
ra in geometria q̄ longitudine.latitudine.⁊ al
titudine ꝯtinet.fitq; corpus ſolidū. Hec etiā
tecera dr̄ bis bini bis.latine cubus. Huguicō
vero dr̄ ꝙ a cubon qđ īterptat ſolidū ſiue firmū
dicitur hic cibus.bi.figura ſolida. vide infra
in cubus.

Cibutū.ti.n.s.i.arca cibaria.

Cicada.de.dr̄ a cuculus.qꝛ ex culcoꝝ naſcūt
ſputo.vl̄ dicūt ſic a ſono quē faciūt.ꝙ āt dicit
cicada q̄ſi canēdo cadēs vl̄ cito cadēs.etymo/
logia eſt nō ꝯpoſicō.⁊ ꝓdu.pe. Ouidi⁹ in p°. de
arte. Uere prius taceant volucres eſtate cica/
de. Femia quā inueni blande tēptata repugnꝫ
Et ſm Seruiū nō durat vita illi⁹ niſi p diez
Dicit em̄ ꝙ eodē die quo orit moritur. Un̄ q̄dā
Mors ⁊ vita dies vna cicada tibi. Sed aut
falſum dicit apte aut alia aīalia vocauit cica/
das q̄s nos vocemus.

Cicatrix.i.veſtigiū.obductio vulneris.⁊ dr̄ a
ceco.as.qꝛ cecat ⁊ obducit vulnera.q̄ſi cecatrix
ꝙ āt dr̄ cicatrix quaſi ceſe carnis tritio.etymo/
logia eſt nō ꝯpoſitio Jn̄ cicatricula.diminu.i.
pua cicatrix. Jn̄ ⁊ cicatricoſus.a.ū.i.plenus ci
catricibus.

Cicēdela.f.p.i.luſula.gen⁹ ſcabronū.eo ꝙ vo
lans candeat.

Cicendulū.li.n.s.i.thuribulū vl̄ licinus.⁊ po
nit pro candela.

Cicer.ris.n.t.ē gen⁹ legumis.

Cicla.cle.f.p.⁊ hec ciclas.cladis.qđdaꝫ gen⁹
pallij circūtextū.⁊ cōtinēs mltos intertextos
cyclos. Et hec cyclas.dis.dr̄ inſula.q̄ cū q̄buſ
dā alijs in cyclo diſpoſita ē. Cyclades ei fuerūt
ſexaginta tres inſule circa delū in orbe ſite.⁊ iō
ſic dicte ſūt.nō qꝛ in orbe ſūt digeſte.ſꝫ ꝓpt ſco
pulos q̄ ꝯtra eaſdē ſunt ſm Hug. Pap.dic.
Cyclades inſule ſūt in egeo mari.dicto ꝙ i cy/
clo.i.in orbe ſunt poſite.

Cyclas.dis.gen⁹ veſtis a rotūditate dicta.ſur
ſum ſtricta.deorſum ampla. Un̄ inuenit in le
genda beate Agnetis. Induit me dn̄s cyclade
auro texta.⁊ corri.pe.gti. Statius achilleidos
Puppis ⁊ in mari mutabant cyclades auras.
Un̄ in Greciſmo Eſt cyclas pannus circūdat
cyclada potus. Et ita teneas ꝙ a mediante d.
corripiat Fortunat⁹ tn̄ eā ꝓducit dicēs. Bra
ctea geminata cycladē filo catenant.

Cyclopea ſaxa in quibus cyclopes habitauerūt
in ſicilia.

Cyclops.m.t.dr̄ a cycl⁹ cycli. Et cyclopes na/
ſcūtur in India ⁊ in ſcythia olim ſic dci erāt.
qꝛ vnū orbem.i.vnū oculū hr̄e in media fron
te ꝓhibent. Hi ⁊ ariofagite dicuntur.qꝛ ſolas
feraꝝ carnes edūt. Cyclopes iſti dci ſunt eē fa/
bri Jouis.⁊ fabricare fulmia ei⁹ in ethna mō
te ſicilie. Inde cyclopeus.a.ū.⁊ ꝓdu.pe. Unde
Uirgilius in.vi.enei. Ferrum exercebāt vaſto
cyclopes in antro. Et Theodolus. Fulmia cy
clopedes Jouis imperio fabricātes. Et q̄dam
dicunt ꝙ ſi cyclopes eſt nomē cōe gētile.ꝓdu.
pe. Si vo propriū eā corripit. Item inuenit
cycrops.pis.p.r.⁊ tūc cor.pe.in obliquis. Un̄
Theodolus. Egregio cycropi debetur cauſa li/
tandi.

Cyclus.li.dr̄ a circulus p ſyncopā.l'a greco cy
clon.qđ greci rotundū vl̄ orbē vocāt. Cyclus
ꝯponit epicyclus.i.ſemicyclus.hemicyclus ab
hemis ⁊ cyclus.i.medi⁹ circul⁹. Un̄ hemicycl⁹
q̄nq; dr̄ ſedes dimidiū circulū hn̄s.i.arcum.
Et ſm ꝯpotiſtas cyclus ē ſpaciū aliq̄ꝝ annoꝝ
in ſe rediēs ſm aliq̄s nūeros.

Ciconia.f.p.ē q̄dā auis.⁊ dr̄ a ſono q̄ crepitat
q̄ſi cicania.qꝛ ſon⁹ poti⁹ ē oris q̄s vocis.qꝛ cū
quatiente roſtro faciūt. Jn̄ ⁊ ciconiā qđ ⁊ cico
niū dicit.vocāt hiſpani lignū lōgū q̄ i hor/
tis hauriunt aquā.qꝛ imitatur naturas illius
auis leuantis ⁊ deponentis roſtra dū clangit.
Eandē hortolani telonā vocant. Tale lignū
inuenitur modo ſup quoſda puteos.cū cathe/
na ferrea.

Cicur.i.placidus manſuet⁹ prudēs. Pluralit
cicures.placiti.quieti ſm Pap.

Cicur[illegible]rij.m.s.i.prudēs.gratus caut⁹ aſtut⁹
vafer.placidus.māſuetus

Cicurris.ris.m.t.ē porc⁹ nat⁹ ex apro ſilueſtri.
et domeſtica porca.

Cicuta.te.f.p.pe.ꝓdu.q̄dā herba ē a cecus dcā
q̄ſi cecuta.qꝛ ei⁹ ſuccus nocet ocul'.vl̄ qꝛ in tir
ſo geniculato nodos hꝫ occultos vt canna.ſic
dr̄ foſſa ceca q̄ occulta ē.

Cicuticē.m.t.pe.cor.q̄ cāit cū cicuta.⁊ dr̄ a ci/
cuta ⁊ cano. Jn̄ hec cicuticin a femina q̄ canit
cum cicuta.

Cidaris.ris.f.t.ē pille⁹ pōtificalis.⁊ vt dicūt
mitra.cidaris.⁊ tiara.idē eſt.

Cidon.donis.m.t.puerorū amator. Cidones
pueroꝝ amatores.

Cidonia ciuitas cretēſis Cidonia gen⁹ pomi.
Jtē cidonia mala ab oppido qđ ē in creta di/
cta.ex q̄ p̄mo pomū cidonicum conficitur. Fit



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̃z ex eo vinũ q̃ lãguẽtũ deſideria fallũt. nã vi-
Cifra ẽ figura nihili. (nũ reputat.
Cygnus ẽ gen⁹ auis q̃ ꝛ olor dr̃ q: tot⁹ ſit al-
bus plumis. a canẽdo dict⁹. eo ꝙ carmina mo-
dulatis vocibus fundat. Inde cygnulus. li. i.
pu⁹ cygn⁹. Jñ etiã cygne⁹. a. ũ. ꝛ cygnin⁹. a. ũ.
id eſt cãdidus. l' ad cygnũ ptinẽs. vl' de cygno
exñs. Jñ cignit⁹. us. ui. ꝛ eſt vox cygni. Itẽ a
cygnus dictus ẽ amnis quidã cilicie cygnus-
tum. q: mirã habet aquarũ ſuauitatẽ tum q:
autumno ꝛ eſtate qñ niues ſoluũtur tumeſcit.
Quadã eñ lingua q̇cq̇d eſt candidũ dr̃ cyg-
nus. Reliquis vero tẽporibus anni tenuis ẽ
ꝛ quietus.
Chile ẽ q̇dã figũa q̃ apd̃ grecos repñtat mille.
Chilia vẽter interptat̃. Jñ chiliac⁹ q̇ in vẽtre
habet paſſionẽ.
Chiliarcha che. m. p. dr̃ q̇ pẽeſt mille militib⁹.
quẽ nos millenariũ dicim⁹
Chiliaſte q̇dã heretici ſunt. vide ĩ cherichiani
Chilices q̇dã popl'i ſunt q̇s vicit Pompeius
Pirate erãt ꝛ ponũt̃ chilices ꝑ piratꝭ. ꝛ pirate
ꝑ chilicibus.
Cilicia ꝓuĩcia Aſie minoris iuxta taurũ mon-
tẽ. a cilice quodã nomẽ traxit. Jñ cilic⁹. a. ũ. pe
cor. i. de cilicia exñs.
Ciliciũ. n. s. dr̃ velamẽtũ factũ de pilis caprarꝫ
vl' taroꝝ vñ tentoria fiũt ꝛ mortui operiũtur.
Jñ cilicin⁹. a. ũ. i. de cilicio exñs vt cilicia veſtꝭ
Ciliũ. lij. n. s. i. ordo piloꝝ q̇ in folliculo q̃ ocu-
lus tegit̃ ſiue ĩ cilo creſcit. qd̃ ꝯponit̃ cũ ſup et
inter. vt ſupciliũ ꝛ interciliũ.
Cilliba. be. f. p. pe. cor. menſa cibaoria q̃ finita
comeſtiõe remouet̃. ꝛ dr̃ a cilleo. les. ꝛ cibo. as
Hec ꝛ aſſidela dr̃.
Cillones ſine aſpiracõe dicunt̃ hoĩes anguſti
capitis. q̇ꝝ capita oblonga ſtꝭ.
Cilũ. li. n. s. i. folliculus q̃ ocl'us tegit̃. q: ocu-
los celat. ꝛ dr̃ a celo. as. vl' ẽm Iſido. a cilleo.
Cima. me. q̇ſi coma. ſ. ſũmitas oleꝝ (les.
vl' arboꝝ. ꝛ dr̃ a coma.
Cymba. be. f. p. i. ima ps nauis ꝛ vicinior aq̇s
q̃ ꝛ dr̃ cũba. Vñ ꝛ ipa nauis ꝛ pcipue pua. qñ
q̇z dr̃ cymba. Vñ pl'alit̃ cymbia. bioꝝ. dicũt̃
pocula facta ad ſil'itudinẽ cymbe nauis.
Cymbala citabula q̇dã ſtꝭ q̃ pcuſſa ſeinuicẽ tã-
gũt ꝛ faciũt ſonũ. ſic dcã. q: cum bellematia ſil'
pcutiũt̃ Et ẽ cymbalũ pe. cor. ĩſtrumẽtũ muſicũ
ꝑbẽ q̃ accit̃. i. aduocat̃.
Cimia vl' cimicia dr̃ q̇dã herba q̃ valde fetet.
Jñ hic cimex. q̇. aĩal valde fetidũ. ꝛ ꝓptie iſte
vermis ſcꝫ cimex naſcit̃ in carne putrida. Ti-
nea in veſtimẽtis. Eruca in olere. Teredo in
ligno. Tarmus in lardo. Jñ cimicoſus. a. ũ. i.
plenus cimicibus.
Ciminile lis n. t. dr̃ vas aq̃ticũ ab ablucẽdas
man⁹ vt dicũt batinũ.
Ciminũ. ni. n. s. pe. ꝓdu. ẽ gen⁹ herbe vl' ſemis
qd̃ vulgo dr̃ cuminũ ꝛ ẽ calidũ ꝛ ſiccũ. Vñ d'
Macer Eſſe putant calidũ medici ſiccũq̃z ci-
Cimis grece interptat̃ dulcꝭ latie (minũ.
Cimiteriũ vl' poti⁹ cemiteriũ. n. s. dr̃ a cimis.
qd̃ ẽ dulcꝭ. ꝛ ſterion qd̃ ẽ ſtatio. q̇ſi cimiſteriũ.
id eſt dulcis ſtatio aĩaꝝ. l' poti⁹ corpoꝝ. Vl' dr̃
cimiteriũ q̇ſi ciniteriũ. q: ibi cinis mortuorũ
terit̃. vl' dr̃ a cis. q: cis. i. añ eccl'iã ſolꝫ fieri.
Jñ cemiteriolũ. i. puũ cemiteriũ.
Cinara. re. pe. cor. inſtrumẽtũ muſicũ eſt. ꝛ dr̃ a
cieo. qd̃ ẽ moueẽ. q̇ſi ciens. i. cõmouẽs aera ſono
ſuo. l' q: ciet̃. i. mouet̃ ad ſonãdũ. Vñ dr̃ Pap
Cinare ſtꝭ acitabula q̃ pcuſſa ĩ modulo ꝯcitãt
Cincinnus. m. s. dr̃ crinis q̃ ꝓlixe depẽdꝫ. vñ
Canti. v. Cincinni mei guttis noctiũ pleni ſtꝭ
Jñ cincinnaculus. cincinnacl'a. cincinnaculũ
id eſt capillat⁹ q̇ magnos hꝫ capilloꝝ cincin-
nos. Itẽ cincinn⁹ dr̃ pãnicl'us vetus panno-
ſus ꝛ detritus. ꝛ tũc idẽ dr̃ cincinnoſus. a. ũ. i.
pãnoſus. lacinioſus. tũicoſus. Pap. ſo dicit.
Cincinni dicũt̃ capilli depẽdẽtes. Jñ cincin-
noſus. a. ũ. cui capilli criſpi dependẽt. vl' crinni-
tus ſicut mlier.
Cinctoriũ. n. s. q̃ cingimur. a cingo.
Cinctura. re. pe. ꝓdu. i. act⁹ cingẽdi. ꝛ id q̃ cin-
gimur. ꝛ dr̃ a cingo.
Cinct⁹. cti. m. s. i. lata cinctũa vl' zona. Itꝭ mo-
bil'r cinct⁹. a. ũ. pticipiũ.
Cinctutus idẽ eſt qd̃ cinct⁹. Vñ Orati⁹. Fin-
gere cinctut⁹ nõ exaudita chetegis.
Cyne greci latiẽ emiti vl' cingẽ.
Cynedus. a. ũ. ꝛ cynicus. a. ũ. ĩ eodẽ ſẽſu. a cy-
nos. i. caninus. Dicuntur etꝭ cyniti vl' cynedi
molles ꝛ effemiati ꝛ imũdi. ſic canes q̃ ꝛ pub-
lice coeũt. ꝛ ad vomitũ redeũt. Vñ dicũtur ſic
ſatyrici. i. rephenſores. q: reprehẽſiõe ledũt ſi-
cut canis morſu. Iuuenalis. Caſtigas turpia.
cũ ſis int̃ ſocraticos notiſſima foſſa cynedos.
Vñ ꝛ p excellentiã immũdicie q̇dã phi heretici
ci dci ſtꝭ cynici q̇ publice ꝛ in patulo cũ vxori-
b⁹ cõcumbebãt. pdicãtes publice eſſe ꝯcubẽdũ
cũ vxorib⁹ in vicis ꝛ plateis ad modũ canum
q: ꝯiugiũ iuſtũ ẽ.
Cinerica auis ẽ cineꝝ hñs colorẽ.
Cineus. a. ũ. pe. ꝓdu. nomẽ gẽtis. ꝛ vt dr̃ Pap
Cinei orti ſunt a Ietro genero Moyſi.
Cingulat⁹. ti. m. s. qd̃dã gen⁹ calciamẽti. ꝛ vo-
cant̃ cingulati a quibuſdã ſoliati.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cingulũ.n.s.i.cinctus cti ꝑ diminutiõm qđ et hic cingulus inuenit᷑. Inde hec cingula le. f.p. Et eſt cingulum hoim. cingula ꝟo alioꝝ aialium. vñ Cingula ſunt hoim. cingula ſtringit equum

Cynicus ca cũ.i.caninꝰ.a cynos.i.canis. Et cor.pe.vñ Perſius Si cynico barbã petulãs nonaria vellat

Cynifes fis.f.t.vel cinifer indecli.ꝑ eodẽ.vel ꝓ alio genere ꝑuaꝝ muſcaꝝ.ſcʒ ꝓ zinzala cernicula. Et dr̄ a cynos qđ eſt canis.ꞇ ſic videt᷑ p.c.ſcribẽdũ in ꝑma ſyllaba. Sed multi addũt s.ꞇ dicunt ſcinifes p.ſc. in ꝑma ſyllaba. ita cõiter ſcibitur Exo.viij. Facti ſunt ſcinifes in hoibus ꞇ iumentis. Itẽ Pap. ponit ꝑ prima lr̄a s.ꞇ dr̄. Scinifes culicũ genꝰ eſt. aculeis ꝑmoleſtũ. Et ſcias ꝙ in pſalmo dr̄ ſcinifes p s.in ꝑma ꞇ vltima lr̄is Dixit(inq̄t)ꞇ venit ſymonia ꞇ ſcynifes. Et pt̄ ſcribi p.f.vel ꝑ ph. in vltima ſyllaba. In hyſtorijs aũt dr̄ ꝙ ſcinifes muſce ſunt adeo ſubtiles. vt viſu niſi acute cernẽtis effugiant. ꞇ corpꝰ cui inſident. acerbo terũt ſtimulo.

Ciniflo flonis.m.s. dr̄ ille q̄ cũ folliculo ignis flãmã excitat.l' q̄ calamiſtꝝ calefacit.i.ferrũ q̄ crines criſpãt᷑. Hic vulgo ciniferꝰ dr̄.

Ciniphis fluuiꝰ ẽ libie iuxta quẽ magni abũdãt hirci. Jñ ciniphei dicũt᷑ maiores hirci a fluuĩe africe vbi plurimi ſunt ꞇ magni

Ciner vel cinis hꝰ cineris in eodẽ ſenſu ẽ ſcintilla extincta. ꞇ dr̄ a cãdeo des.q2 ex cãdore l' incẽdio fit. Jñ cinerĩꝰ a ũ.ꞇ cineꝰ.i. de cinere exiſtẽs. Jñ ꞇ ciniſculꝰ.i.ꝑuus cinis Jñ cinerulẽtus.i.plenꝰ cinere. Et vt dr̄ in Grecis. His duo noĩa ſunt q̄ ſubſtãtiua vocãt᷑. Que vel is vel in er rectũ poſuere frequẽter. Vt puluer vel puluis.vomer vel vomis.ciner vl' cinis. cucumer vel cucumis.

Cinnamolegꝰ.pe.cor.q̄ legit cinnama.ꞇ eſt q̄dam auis arabie eoꝙ legat ꞇ texat nidũ ex frucribꝰ cinnami.

Cinnamũ vel cinnamomũ.n.s. ẽ breuis arbuſtula.ſed mire ꝟtutis ꞇ odoris.cuius fructus dicũt᷑ ſtacte. Et dr̄ cinnamũ vel cinamomũ a cãna q2 cortex eiꝰ in modũ cãnaꝝ ẽ rotundꝰ ꞇ tenuis ꞇ tã cortex q̄ʒ arbor ipſa dr̄ ſic.

Cinnꝰ ni.m.s.i.tortio oris Et cinnꝰ ꝯmixtio liberꝝ ꝓporcional'.ꞇ ꝯponit᷑ ꝯcinnꝰ ni.

Cynocephalꝰ li.pe.cor.i.gẽs habẽs caput ad modũ canini capitis. Et etiã qđ dã genus ſymeaꝝ ſic dr̄

Cynogloſſa ſe q̄dam herba. a cynos canis. et gloſſa qđ eſt lingua de ſilitudine lingue canis ſic dicta.vel q2 ad morſum caniũ trita cum ſale ꞇ impoſita ſuccurrat.

Cynomia mie.i.muſca canina ꞇ venenoſa. et dr̄ a cynos.i.canis

Cynos grece latine dr̄ canis

Cinoth hebrayce.dr̄ latine lamẽtatio. Hyeremie. vñ dr̄ Hyero.in ꝓlogo Reg. Hyeremias cũ cinoth.i.cũ lamẽtationibꝰ ſuis

Cinus.m.ẽ genꝰ arboris. vt dicũt lẽtiſcus

Cinxia xie.f.p.i. Juno a cingo gis.ꞇ dr̄ ſic q2 ĩ eiꝰ honore ꞇ noĩe puelle maritate cingũt᷑. cuʒ illis ꝯſit nubẽtibus.

Cypariſſus ſi.f.s.q̄dam arbor q̄ ꞇ cupſſus et cypſſus vocat᷑.ꞇ dr̄ a cephas qđ eſt caput q̄ͣ caput eꝰ a rotũditate in cacumĩe erigit᷑.l' dicta eſt cypariſſus a q̄dã eꝰ noĩs puero in illã arborẽ ſm poetas mutato. Jñ hec cypariſſa ſe.nocturna imago. Et hʒ cypariſſus ſiue cypſſus. lignũ imputribile.

Cyphus.m.s.idẽ ẽ qđ crather ſiue cãterꝰ

Cyppus pi ꝑ geminũ p.dr̄ a cepi p̄terito a capio ꞇ ꝓ trũco ꞇ ꝓ cumulo terre ꞇ ꝓ lapide mortuo ſuppoſito. ꞇ ꝓ cemiterio. ꞇ ꝓ inſtro q̄ coꝝ pedes reſtringunt᷑.q̄ſi tenẽs pedes

Cyprinũ.n.s.vnguentũ a flore cypro vocatũ cuiꝰ odorẽ ꝓprie fert

Cypriꝰ a ũ.de cypro vbi nobiles vites ſũt affluentes.ꞇ a cyprus.

Ciprꝰ pri.f.s.q̄dam ciuitas vel inſula in q̄ ẽ illa dicta eſt cyprus Vel cypros interptat᷑ mixtura. Vñ ꞇ illa inſula dicta ẽ cyprus. q2 mlte ꞇ varie herbe ad ꝯfectões faciẽdas in ea reperiunt᷑. Jñ cypriꝰ a ũ.ꞇ cypryꝰ a ũ. Jtẽ a cyprus h̄ cypria prie.genꝰ coloris.qđ ibi valde abũdat. Et hec cypris pridis.i.venꝰ.q2 i ea colit᷑. Eadẽ inſula dr̄ ꞇ paphꝰ. Et vt dr̄ Priſcianꝰ in tractatu poſſeſſiuoꝝ. Cyprꝰ facit cypriꝰ. Cypriꝰ ꝟo cypriacus a ũ.

Chyragra gre.f.p.i. manuũ infirmitas. ſicut podagra dr̄ ĩfirmitas pedũ.a chirus qđ ẽ manꝰ dr̄ chyragra.ꞇ podagra dr̄ a pos qđ ẽ pes ꞇ agros qđ ẽ tractꝰ.cũ manꝰ vel pedes ꝯtrahũtur.

Circinus ni.m.s i.machinulã.q̄ apud carpẽtarios circulũ efficit.

Circius.m.s.i vẽtus q̄ diuerſe ꞇ acriter circuitũ faciẽdo volat.ꞇ dr̄ a circus ci

Circulator toris.m.t.ꝓprie q̄ famã portat vl' q̄ inq̄rendo nõ hʒ finẽ.ꞇ ponit᷑ ꝓ deceptore.

Circulatoriꝰ ry.m.s dr̄ q̄ lcõs tornatiles fac

Circumitores dicũt᷑ q̄ circumeũt vel circundant patrias a nũdinis ad nũdinas deferentes res venales q̄ alio noĩe dñr ẽcũmeatores

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Circulus li. idē eſt qđ circus quaſi dimi. ⁊ di citᷣ a circus. Itē circulꝰ eſt figura plana. q̄ ſub vna linea ꝯtinetᷣ. ad quā ex vno pūcto qđ intᷣ ipſam eſt. oēs q̄ recte ducūtᷣ linee eq̄ ſibi ſunt. Itē circulus armilla vel frenū

Circūamictus us ui. ⁊ adiectiue circūamictꝰ a ū. circūamicio. ⁊ đꝫ ſcribi p̄. m. ⁊ non ꝓferri qm̄ ē vna ps Si aūt ſunt due ptes tūc. m. ſcri bitᷣ ⁊ ꝓfertur. ⁊ ita de ſilibus dicas.

Circūpes pedis. m. t. a circū ⁊ pes đꝛ. Et ſunt circūpedes obſeq̄a ꝑuer. vel ſerui obſequētes vel ſcandalia. ſm̄ Hug.

Circūcellio onis. m. t. i. monachꝰ q̄ p̄ diuerſas cellas ſp vagatᷣ. deuaſtādo ⁊ deuorādo q̄cq̄d i uenit ibi q̄ ⁊ circellio đꝛ

Circūcillio onis. m. t. videtᷣ dici a circū ⁊ cello. Et circūcilliōes ſtꝫ q̄dā heretici ſi dicti. qꝛ agreſtes ſunt. q̄s ſtocopicos vocāt. q̄ xp̄m filiū dei adoptiuū nō ꝓ ꝓpriū aſſerūt

Circūciſio. f. t. eſt in carne ꝓpucij abſciſio. qđ ſolis iudeis fit ⁊ đꝛ a circūcido

Circūferētia. f. p. eſt extremitas cuiuſlibet rei

Circūforanꝰ ni. m. s. eſt ille q̄ circuit foꝝ cāꝝ cauſa aduocationū. vel foꝝ reꝝ venaliū cauſa recipiēdi ⁊ auferēdi aliq̄d q̄ ⁊ luſtro đꝛ

Circūlumū luuij ē locꝰ que aq̄ circūfluit.

Circūſcriptꝰ ta tū. ꝑticipiū in eadē ſcatōe q̄ ⁊ ſuū vbū. Itē circūſcriptꝰ a ū. i. cautꝰ vel callidꝰ vel argutꝰ vel ſtrictꝰ

Circūſeptꝰ a ū. i. circūdatꝰ. vndiq̄ꝫ cinctꝰ vl̄ ſe ꝑ ambitꝰ. ⁊ đꝛ a circū ⁊ ſeptꝰ

Circꝰ ci. m. s. i. circularis linea. ⁊ ad idē pūctū rediēs. Vñ ⁊ h̄ circꝰ ci. dictus ē locus Rhome in quo eq̄ currebāt in circumitu circa metā. i. theatꝝ. Et q̄libet locus in q̄ equi ita currūt pt̄ dici circus.

Cirene regina fuit libie. q̄ ex ſuo noīe ciuitatē ꝯdidit quā cirenē noīauit

Cirenꝰ. pe. acuta. interp̄tatᷣ heres

Chirocopꝰ. i. vnguētariꝰ q̄ vendit vel opatur vnguentū. ⁊ đꝛ a chiros qđ ē manꝰ ⁊ copꝰ labor. Idē ⁊ mirocopꝰ qđ ꝯponitᷣ a mirō qđ eſt vnguentū ⁊ copꝰ labor.

Chirog̃phꝰ. m. s. ⁊ hoc chirog̃phum. eſt cum paciſcētes duas ſcp̄turas ſub eadē forma vbo rū inter ſe ꝯficiunt. ⁊ mutuo ſibi tradūt vl̄ đꝛ inſtr̄m ſeu illa lr̄a in q̄ debitor ꝯfitetᷣ eē obligatū creditori Et đꝛ a chiros qđ ē manꝰ ⁊ g̃phꝰ vel g̃phia. i. ſcriptura Itē ab eiſdē ⁊ ſin qđ ē a vel ſil̄ ꝯponitᷣ ſing̃phus. m. s. vel ſing̃phum. n. g. ⁊ hec ſing̃phia indecli. Et chirog̃phus ⁊ ſing̃phus ſepe accipiuntᷣ indrn̄ter. Differunt t n̄ ſm ꝓprietatē. qꝛ chirog̃phus đꝛ ꝯſcriptio manuū. ſcꝫ cautio. ſcꝫ q̄ fit ꝓpria manu debitoris. ⁊ ꝯmittitur creditori. Sing̃phus đꝛ cōſcriptio. i. duoꝝ ſimil̄ ſcriptio. Antiq̄tꝰ eīn debitor ⁊ creditor ſimul ⁊ in ligno l̄ charta ſcribebāt. ⁊ nomē creditoris ⁊ nomē debitoris. et teſtes. ⁊ ſummā pecunie. ⁊ in medio hoc nomē ſing̃phus capitalibꝰ lr̄is. ⁊ p̄ mediū diuidebāt. Poſtea ſi creditor plus exigēt q̄ꝫ debitor deberet. vel ſi debitor denegaret depoſitū vterq̄ꝫ afferebat ptem quā habebat vtꝝ due ptes cōuenirēt. ⁊ illud ꝓpe eſt ſing̃phū vel ſing̃phꝰ.

Sing̃phus etiā đꝛ nota aliq̄ vel ſcriptura i re aliq̄ ꝯfirmāda facta. ſicut in chartis publicis. vbi nō vnꝰ ſcribit tm̄. ſed pl̄es ad ꝯfirmatōem charte

Chirogillꝰ. i. erinaticꝰ ſpinoſus maior ericio.

Chyromātia. f. p. diuinatō q̄ fit i manu. ⁊ đꝛ a chiros qđ ē manꝰ mātia diuinatio

Chironomāta. f. p. ⁊ h̄ chiromās tꝭ. i. ioculator q̄libet q̄ manꝰ q̄ manibꝰ ſuis ludit mouē do eas cū cultellis. ⁊ đꝛ a chiros manus ⁊ nomomos qđ eſt mouens. Iñ etiā h̄ chironomō idecli nabile. in eodē ſenſu. ⁊ h̄ chiromō dictꝰ eſt ioculator ꝓprie noīe. q̄ſi p̄ excellētiā leccacitatis ⁊ ioculationis

Chiros grece manꝰ latine

Chirotheca ce. i. manuū tectura vel repoſitoriū. a chiros ⁊ tego gis. vel theca qđ eſt repoſitio. ſcꝫ ſcriniū vel aliud vbi aliq̄d reponitᷣ Et nota q theca p̄t eſſe grecū. ⁊ ſic aſpiratur cum ſuis ꝯpoſitis. Vel p̄t eſſe latinū a tego gis. et ſic non aſpiratᷣ Iñ chirothecariꝰ. m. s. q̄ chirotecas facit vel vendit. Et chirothecarius. a ū. adiectiuū.

Cirrus. plicatura capilloꝝ in anteriori pte capitis. ⁊ đꝛ a cirrim qđ tōdere. Iñ cirritꝰ ta tū id ē crinitus. vñ Eſt hō cirritus. q̄ cirros fronte portat.

Chirurgicus. pe. cor. i. medicꝰ manu ⁊ ferro ꝑciſionē operās. ⁊ đꝛ a chiros manꝰ ⁊ ago agis Iñ etiā chirurgicus a ū Iñ etiā hec chirurgia gie. ipſa manuū eiꝰ opatio.

Chirurgia etiā đꝛ liber docēs ſanare plagas ⁊ vulnrra

Cis ꝓpriū nomē patris Saul

Ciſon interp̄tatᷣ letificās eos vel duricia eoꝝ

Ciſta ſte. f. p. i. ſcriniū. ⁊ đꝛ a coſta ſte. qꝛ a coſtis. i. ex cānis vel lignis q̄bus texitur fit. Et ſm Pap. Ciſta eſt grādis corb. Iñ ciſtella. i. pua ciſta.

Ciſterna. f. p eſt locꝰ aquā colligēs. Pōt etiā dici locꝰ ꝓfundꝰ vbi colliguntᷣ aque pluuiales et đꝛ ciſterna q̄ſi inferiꝰ ſtricta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ciſterna.f.p.eſt locus aquã colligẽs.põt etiã
dici loc⁹ pfund⁹ vbi colligũtur aq̃ pluuiales.
⁊ dr̃ ciſterna quaſi inferius ſtricta.
Citatio eſt in ius vocatio vel inuitatio.vt cũ
quis de aliq̃ ꝯquerit.et q̃rimonia ſua corã iu/
dice depoſita.iudex emiſſo citatõnis edicto ad
eius inſtãtiã vocat vel ĩuitat illũ ad ſe in quẽ
agere deſiderat qui ꝯqueſtus eſt. Si ꝯo in edi
cto iudex adijciat hãc clauſulã. Si ĩ die pſcri
pto nõ veneris q̃i ꝯtumax ꝯdẽnaberis vl'repu
taberis.tũc edictũ olim dicebatur pẽptoriũ.
Hodie aũt ſufficit ꝙ dicatur. Citamus talem
peremptorie.
Citatus a.ũ.i.velox.a cito as.⁊ ꝯpatur. Etiã
citatus idem eſt qđ ad iudiciũ vocatus.
Cithara dorica lingua dr̃ pect⁹. Jñ hec citha/
ra re.dicta ſic.q2 ĩ initio creditur fuiſſe ſimilis
hũano pectori. vt ſicut a pectore.ita ex ipa can
tus vel melodie edunt Sed paulatim poſtea
fuerũt pl'es eius ſpẽs. Jñ cithariſta ſte.qui cũ
cithara canit. Et citharedus pe.p.idem
Cithariſtes.tis.m.t.grecũ ⁊ eſt quidã mons.
Citherus ri.m.s.quidã mõs eſt. Jñ citherea.
ree.i.ven⁹ q̃ in illo mõte colit vl' q2 iuxta illum
mõtẽ fuit nata de ſpuma maris. Jñ cithere⁹ a.
um.i.venereus.vel a monte illo exiſtens
Cithiſus genus eſt arboris pinguis a cithiſo
inſula vbi abũdat. Jtẽ cithiſus genus fruticꝭ
herba odorifera.et cor.pe. Vñ Theodol⁹ Ve
ſper oues cithiſo capras depellit ab humo
Citimus.i.primus.
Citropedes.vide infra ſitropedes
Citus a.ũ.i.velox.agilis.viuax.⁊ dr̃ a cio cis.
Vñ Terẽtius. Citus puer nat⁹ eſt e Pãphilo
Et ꝯponit cũ p.vt pcitus.i.valde citus.
Ciuicus a.ũ.pe.cor.⁊ h ⁊ hec ciuilis.et hoc le.
id eſt ad ciuẽ ptinẽs.vel res ciuis
Ciuilitas.tatꝭ.fe.t.mãſio ciuiũ.vel priuilegio
ciuiũ vti poſſe vel gaudẽ. Vñ Actꝭ.xxij. Ego
multa ſũma ciuilitatẽ hanc ꝯſecutus ſum
Ciuis cõ.t.dr̃ a coeo.eo ꝙ ciues coeant ⁊ inſi/
mul viuãt vel dr̃ a cio cis q2 citãtur ad ſimul
habitãdũ Et inde p cõpoſitionẽ ꝯciuis ⁊ di/
cunt cõciues qui habitãt in eadẽ ciuitate Vñ
quidã. Nõ bon⁹ eſt ciuis q̃ pfert ciuib⁹ hoſtẽ.
Pap.dicit. Ciues vocati q2 in vnũ cetũ coeãt
ſocietatis vincl'o adunati ad cuſtodiẽdã legẽ.
Jñ ciuitacula.i.parua ciuitas.
Ciuitas tatꝭ.f.t.eſt hoĩm multitudo.ſocietatꝭ
vinculo adunata.ab eodẽ iure viuẽdi. Et ciui
tas nõ ſaxa ſed habitatores vocantur.

## L ante L

Clades.dis.f.t.dr̃ fames q̃ fit ex ſterilitate fru
gũ ex q̃ꝝ carẽtia ſequit fames.⁊ dr̃ a cladeo.es
eo ꝙ tunc res ineq̃liter ꝯstringat.vl' a gladi⁹.q̃ſi
glades. Proprie eñi clades dr̃ eẽ peſtilẽtia q̃
fit p gladiũ ſiue p interfectõem factã a gladio
ſm Hugꝭ Pap.vero dicit. Clades dicta ꝙ cur
rendo facta ledat vl' clã data clades morb⁹ ta
bes calamitas piculũ. Et differũt clades ſtra/
ges ⁊ morb⁹ Vñ De fructu ſterili põt clades
bene dici Dr̃ ac ſtrages occiſio facta p hoſtes.
Que venit ex paſtu corruptõ ſit tibi peſtis Jñ
cladecula.i.parua clades.
Clãdeſtinus.a.ũ.i.occultus ⁊ latens.
Clãdeſtinũ cõiugiũ eſt deſpecta pſonaꝝ pñtia
vel iuris ſolẽnitate vl' denũciatione nõ pmiſſa
ſine ſacerdotꝭ bñdictõe occultũ matrimoniũ.
Clãdeſtina electio dr̃ q̃ in camerꝭ p occulta cõ
uẽticl'a fit l' illa q̃ quã canoĩci int ſe ſecretã tenẽt
Chlamys dis.f.t.i.palliũ qđ ex vna pte indu
itur neq̃ conſuitur.ſed fibula infrenatur. Et
chlaymis eſt veſtis militum purpura regum
ſtola ſacerdotũ toga aduocatoꝝ birrh⁹ ruſti
coꝝ vel cuſtoodum cucula monachoꝝ vt. C.
de veſti alo.⁊ aura.li.xi.
Clamor.oris.a.clamor.as.dr̃ ⁊ eſt clamor rõ/
nabiliũ clangor vero irracionabilium.
Clanculus.a.ũ.i.occultus dubius.
Clangor oris.i.ſonus ⁊ eſt irrõnabiliũ vt an/
ſeruꝫ tubaꝝ alaꝝ ſed clamor rõnabilium Vñ
Clamorẽ faciũt tibi res rõne fruẽtes Clãgo/
rem faciunt tibi res rõne carentes.
Claredo dinis.f.t.i.claritas ⁊ dr̃ a clarus. Jñ
hec claritudo in eodẽ ſenſu. Et vt dicit Pap.
Claritas eſt ſplendoris claritudo nobilitatis
Clarigatio onis.i.clara actio.ſ.que exponitur
clara ⁊ aperta voce Et põt eſſe verbale a clari/
go gas.i.clarigatõem facere.i.cauſas belli ex
ponere Et eſt ſumptũ a romana cõſuetudine.
Cum eñi rhomani hoſtibus bellũ indicere vo/
lebãt paterpatrat⁹ ad fines hoſtiũ pficiſcebatur
⁊ clara voce eis exponebat quib⁹ de cauſis bel/
lum indiceret Que cauſaꝝ expoſitio clarigatõ
dicebatur quia clara voce fiebat Expoſitis aũ
tem cauſis haſta emiſſa in fines indicebat pu/
gne principium
Clarius rij.i.ſol ⁊ dr̃ a clarus.ri.vel dr̃ a cla/
ro inſula in qua colitur.
Clarus.a.ũ.i.ſplendid⁹ pſpicax illuminoſus
⁊ dr̃ a celũ eo ꝙ ſplendeat Et cõponitur cuꝫ p
vt preclarus ⁊ cũ q̃ꝫ vt q̃ꝫclar⁹ ambo p valde
clarus Et p.cla. Vñ quidã Quid tibi nobi/
litas quid virtus clara parentum.
Claſſarius.rij.m.s.c.tubicẽ ⁊ ppe militum.

Claſſicariꝰ.i.proreta qui nautis imperat

Claſſitū.n.s.i.cornu vel tuba vel aliđ inſtr̄m
cauſa cōuocādi factū.⁊ đꝛ a colo as.qđ ē vo/
care. Claſſitū etiā đꝛ ſignū bellicū vel ſonꝰ tu/
be vel alterius inſtrumēti bellici. Proprie tn̄
claſſitū eſt ꝯcentus ⁊ cōcordia oīm inſtroꝝ in/
ſimul ſonantiū ſiue ſint tube ⁊ cornua in bello
ſiue ſint campane ſiue etiam homines.

Claſſis.f.t đꝛ multitudo nauiū.đꝛ tn̄ ⁊ claſſis
vna nauis.⁊ đꝛ a colō qđ eſt lignū qꝛ de ligno
fit. Claſſis etiā đꝛ cornu ꝑ qđ vocātur hoīes.
Et qꝛ alia hēbāt ſigna bellica romani milites
q̄ȝ pedites.iđ milites dicūtur q̄nq̄ȝ claſſes.q̄n/
q̄ȝ etiā tam milites q̄ȝ plebei dicuntur claſſes.
Cum eīn Romulus rēpublicā inſtituiſſet ro/
manos in duas ptes diuiſit.ſcȝ i nobiles ⁊ ig
nobiles ⁊ vtrāq̄ȝ partē claſſem appellauit a q̄/
buſdā claſſitis.qꝛ tā iſti q̄ȝ illi ſuū claſſitū.i.ſu
um ſignū hēbant.ſȝ illi.ſ.nobiles dicebant̄ ꝑ/
ma claſſis.ignobiles ſecūda claſſis Unde. Na
uem dic claſſis.equitum ſit in ordine claſſis.
Naues collectas dic claſſem ſignare.

Clatrus m.s.i.repagulū qđ opponit̄ oſtio vel
ipſuȝ oſtiū.ꝑcipue hortoꝝ.vineaꝝ ⁊ viridari
oꝝ.vl̄ trūcus. Vn̄ Oratius. Obiectos vale/
at ꝯfringere clatros.ſc̄m Pap. Clatri ligna vo
lubilia in caueis validiſſimi fuſtes.quibꝰ ho/
ſtia obſerantur valli

Claua.ue.f.p.eſt baculus habēs maſſam ferri
in fine.⁊ etiā aliq̄n in ꝑncipio qui vulgariter
đꝛ maſſa ⁊ đꝛ a clauꝰ ui.qꝛ eſt clauꝰ ferreis rele
gata.q̄ ⁊ cateia đꝛ. Et differūt claua clauus et
clauis Vn̄ Claua ferit clauis apit clauus duo
iungit. Indue te clauo rege clauo.ꝑcute claua.

Clauatus.a.ū.i.clauis ꝯfixus vel clauo veſte
vel inſtrumēto ornatꝰ ⁊ ꝑparetus.⁊ đꝛ a clauꝰ
Itē clauatus.m.s.eſt quoddā genus calciam̄
ti pedū.⁊ dicūtur clauati q̄i claui lati qꝛ minu
tis clauis.i.acutis ſolea caligis vinciatur.

Claudicarius.a.ū.qui cito claudicat.vl̄ ſepe.
⁊ đꝛ a claudico as. Inuenit̄ etiā hec claudica/
ria rie.f.p.i.nauis oneraria vel ſonora

Claudus.a.ū.qui inequalit̄ incedit In̄ clau/
dulus.a.um dimi.a claudus

Clauiger.a.ū.pe.cor.qui claues gerit Inuenit̄
ec ſubſtātiue declīatū.in q̄libȝ genere.⁊ ꝯponit̄
a clauis ⁊ gero. Pōt etiā ꝯponi a claua ⁊ gero
ris.⁊ tunc idem eſt qđ clauem gerens

Clauis.is.f.t.faciēs actm̄ ſinglareȝ i em vl̄ in
im ⁊ ablatiuū in e.vel in i.⁊ actm̄ pl̄em in es.
vel i is. eſt inſtr̄m apiēdi ⁊ ſerādi ſeras et đꝛ a
claudo is.qꝛ claudit. In̄ clauicula.fe.p.i. pua
clauis. In̄ etiā clauicularꝰ m.s.q̄ portat cla/
ues.et hec clauicularia.rie.in eodē ſenſu Item
clauis ꝑut ſumit̄ in theologia eſt ptās ſoluēdi
et ligādi q̄ eccleſiaſticꝰ iudex dignos recipe et i
dignos excludere đꝛ a regno. ¶ Clauſtꝝ.n.s.
đꝛ inhabitatio religioſoꝝ vel domꝰ includēs
monachos ⁊ moniales ſub certa regl̄a viuētes
⁊ đꝛ a claudo. Inde clauſtrellū.i.puū clauſtꝝ
⁊ hic ⁊ hec clauſtrēſis ⁊ hoc ſe.⁊ hic ⁊ hec clau
ſtralis ⁊ hoc le.in eodē ſenſu.i.res clauſtri vel
ptinēs ad clauſtꝝ ⁊ pōt eſſe ſubſtātm̄ ⁊ hic et
hec clauſtralis vl̄ clauſtrēſis.i.monachus vl̄
monacha ſtans in clauſtro vel in cenobio. Itē
clauſtrū etiā idē eſt qđ clauſura vel ſera.

Clauſula.f.p.pe.cor.eſt diſtinctio ꝯſtructio/
nis ⁊ đꝛ a claudo. Et vt Pap. dicit
Clauſula eſt in oratione breuis ſententia

Clauus.m.s.đꝛ ferrū acutū q̄ lignū ligno ad/
herȝ vl̄ ferrū ferro.vl̄ ferrū ligno.⁊ đꝛ a calibs
q̄i calibꝰ.i.ferreus qꝛ fit đ ferro. Itē clauus đꝛ
veſtis purpurea q̄ vtebātur ſenatores.qꝛ qui
buſdā clauis aureis vel de alia materia erat or
nata et variata. Et in tali veſte ſepe denotat̄ di
gnitas. Clauus etiā đ ꝛ gubernaculū nauis ſcȝ
temo vl̄ manica temonis. Prouer.xxiij. Qua
ſi ſopitus gubernator amiſſo clauo. Đꝛ etiā re
pagulū.vn̄ đꝛ clauus tabernaculi.

Clemēs.tis.o.t.i.miſericors.nobilis.pius et
ſanctꝰ.⁊ đꝛ a cluo is.i.defendo.qꝛ cluit.i.defen
dit ⁊ ꝓtegit ⁊ tuet̄.ſic ſolet ꝓnus clientē. In̄
clemētia.⁊ differat a mīa. Vn̄ Juſte dānato
miſeri ſit cordia vere. Iniuſteq̄ȝ rei clemētia đꝛ
eſſe. In ꝑmo verſu ꝯmittit̄ themeſis.qꝛ illa di
ctio miſericordia diuidit̄ ⁊ ſic interponitur

Cleopatra.f.p.regia et ſoror Ptolomei regis
Alexādrie et cor.pe. Vn̄ Aurora Nubit alexā
dro Cleopatra regia rident

Cleophas frater fuit Joſeph ſpōſi virgīs ma
rie.⁊ maritꝰ ſcē Anne. Vn̄ Anna mat̄ virgis
Marie hūit tres viros ſucceſſiue.⁊ de q̄libet
coꝝ tn̄ vnā filiā noīe mariā. Vn̄ Anna ſolet
dici tres concepiſſe marias. Nas genuere viri
Joachim Cleophas Salomeq̄ȝ Nas duxere
viri ioſeph alpheꝰ zebedeꝰ. Pria pit xp̄ȝ iaco/
bū ſcđa miorē. Et ioſeph iuſtū pepit cū ſymōe
iudā Tercia maiorē iacobū volucreq̄ȝ iohānē

Cleos.i.gloria. Inde inclitus.i.glorioſus

Cleps pis.ꝯ.t.l̄ cleptes.t.i.fur.

Clepſedra.dre.f.p.pe.cor.i.docillꝰ q̄ obdit fo
ramē doliȷ̄ qꝛ ꝑ illū q̄s furat̄ liquorem ⁊ videt̄
eſſe cōpoſitū a clepo.ois.⁊ hydor quod eſt a/
qua ſiue liq̄r. Vn̄ q̄dā dicūt clepſydra pe.cor.
quaſi cleps hydor.ſȝ potius videtur etymo.q̄ȝ
cōpoſitio. Item clepſydra dicit̄ quoddam in/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtrumentū qđ imittit̄ in doliū ꝑ foramē ſupiꝰ
cā furādi vinū Itē clepſydra. dicitur illud in
ſtrumentū ꝑ qđ hore colligūtur. i. horologiū.
Iñ clepſydrarij dicunt̄ illi q̄ ꝑ illđ inſtr̄m ho
ras colligūt. Clepſydre etiā dicūt̄ vaſa ꝑfora/
ta que hēbant phi ad dimentiendā q̄ntitatē.
Vñ Martialis in ſua aſtrologia. Mōſtratū
eſt oīa ſigna paria ſpacia ꝯtineri multiplici
appoſitione clepſydraꝝ.

Cleptꝰ. a. ū. i. furatꝰ paſſiue. qđ ⁊ ꝓ guloſo dr̄.

Clericꝰ ci. m. s. dr̄ a clerus vel cleros. Et dicūt̄
clerici generalr̄ oēs q̄ in eccīa xp̄i deſeruiūt dū
tū ordinē habeāt. ⁊ ab illo tp̄e ſic dicti ſunt ex
q̄ Mathias ſorte electus eſt. quē p̄mū ab a/
poſtolis legimꝰ ordinatū. Iñ clericatꝰ us. ui. ⁊
hic et hec clericał. et hoc le. i. ad cleꝝ ꝑtinēs et
hec clericalitas. tatis. i. dignitas clericoꝝ ſm
Hug. Pap. dr̄. Clericꝰ dictꝰ ē. q2 đ ſorte dñi
eſt vel q2 dñs ſors eſt ⁊ ꝑs clericoꝝ.

Clerica dr̄ corona clericoꝝ raſa. vt no. Jo. an.
vi. et hone. cleri. c. clerici

Cleronomꝰ: m. s: i. heres a cleros dr̄. Iñ clero
nomia. i. hereditas:

Cleros grece. latine ſors vel hereditas.

Clerus. ri. m. s. i. multitudo clericoꝝ. q̄ſi here/
ditarius vł ſortitꝰ. eo q̄ ſit ſortitꝰ deo. i. de ſor
te dñi vel quia ꝑtem dñi habet. vel ſm quoſ/
dam clerus dicitur a clarus. eo q̄ ſit clarus.

Clibanꝰ m. s. pe. cor. i. furnꝰ vł fornax. et dr̄ a
cliuus q̄ſi cliuanus. q2 in erectione ē collectus
Cuiꝰ eī aſcenſus dr̄. Itē ⁊ alio noīe dr̄ cliua
tius. cij. ſilr̄ a cliuo. Iñ clibanariꝰ rij. q̄ cuſto/
dit clibanū vł fac. ⁊ hec clibanaria rie. vxor cli
banarij vł q̄ facit vł cuſtodit clibanū. ⁊ adiecti
ue clibanariꝰ. a. ū. Iñ etiā clibanicꝰ. m. s. i. pa
nis in teſta. vel in furno coctꝰ. Vñ Eſt furnus
clibanus aſcenſus cliuus habetur.

Cliens. cō: t. dr̄ ſeruiēs vł famulꝰ q̄cūq3 vł no
bilis ſuꝰ. et dr̄ quaſi colēs a colēdis ꝑribꝰ. vel
a cluo. eo q̄ cluat et defendat dñm ſuū ſm hu/
gui. Pap. vero dicit Cliēs a colēdo ꝓnūz di
ctus. i. amicus domeſticꝰ. Itē cliētes diſciplı̄.
quaſi colētes magiſtrū. q̄ prius colētes dice/
bant̄. Vł cliēs dr̄ ille cuiꝰ cām aduocatus tue
tur et defendit. Iñ clientulus in eodem ſenſu.
vel puus cliens vel ſeruiens.

Clientela. ſ. p. i. ſeruitiū vel multitudo ſuorū.
⁊ dr̄ a colo. is. Vñ ſm Pap. Clientela officiū
domeſticū. et ꝑ te.

Clima. tis. n. t. dr̄ tāta portio terre ſ3 quā mu
tat̄ meridies. et dr̄ a cleo. cles. ꝑ iclinari. Et ſm
oc i aſtrologia aſſignātur ſeptē climata ī nr̄a
habitabili regiōe ſm quoſdā vł ſm alios octo

Itē clima dr̄ plaga vł ꝑs mūdi ſiue celi ſic cō/
ſueuit dici Quatuor ſūt climata mūdi id eſt
ꝑtes ſc3 oriētał occidētał ſeptētrionał ⁊ auſtra
lis Itē clima grece dr̄ latie gradatō Iñ clima
teriū rij ⁊ ſūt climateria q̄ gradatim diſcurrūt
vel incerte rei diuinatiōes vel incerta ꝓfugia

Climax quidā color rhetoricus eſt ⁊ fit cum de
vno verbo ī verbis fit gradatio. vt Mars vi
det hāc viſamq3 cupit potiturq3 cupita. vel vt
Pap. dicit. Climax gradatio cū a q̄ ſupior ſen
ſus termiatur. inferior incipit. vt eſt illđ Ex in
nocētia naſcitur dignitas. ex dignitate honor.
ex honore imperium

Cline grece. latine dr̄ lectus. ⁊ vertitur in lati/
num ⁊ dicitur clinus. ni. i. lectus. a quo clino.

Clinicus ci. m. s. pe. cor. qui de lecto non deſcē
dit. et precipue paraliticus

Clypeus pei. i. ſcutū. Sed ſcutū eſt militum.
clypeꝰ vero peditū. ⁊ dr̄ a cluo. i. defendo quaſi
clupeus q2 defendit nos ab ictibus vel a clepo
pis. qđ eſt furari. q̄i clepeꝰ q2 furat̄ corpora nr̄a
ictibꝰ. Itē clipeū n. s. i. pictura vel ymago vel
figura rotūda vbi tm̄ caput impingit̄. vel dici
tur ſic locus vbi ymagines reponūtur. Iñ cly
peolꝰ li. dimi. Iñ clypeola le. pe. cor. i. anulꝰ eo
q̄ ſit rotundus inſtar clypei. vel ē monile rotū
dū ad modū clipei Iñ clypeatus a. ū. i. clypeo
ꝓtectus vel armatus. Unde Quam manibꝰ
clypeos ⁊ acute cuſpidis haſtam.

Cliſtere ris. n. t. ⁊ hoc cliſteriū inuenit̄ ſc3 iſtru
mentū medicoꝝ q̄ ſtercꝰ infirmi in vētre per/
duratū faciūt exire. ſic dictū quaſi clepēs ſter/
cus. vel dicitur ſic q̄ſi colus ſtercoris. vel qua/
ſi colatio ſtercoris. q2 ꝑ ipſum colatur ſtercus
extrinſecꝰ. Et cor. pe. cliſtere. Unde Macer de
puluere anheli Appoſitis digitis aut intꝰ cly
ſtere fuſo. Inuenitur etiam cliſter in ntō.

Clyto onis. m. t. i. filius regis vel imperato/
ris vel qui multa reſplendet nobilitate. a cluo
is pro ſplendeo.

Clitus a. um. i. glorioſus. nobilis. ſed non eſt
in vſu. ⁊ dicitur a cleos quod eſt gloria. Et cō
ponitur cum in. vt inclitus id eſt valde glorio
ſus et nobilis.

Cliuus m. s. id eſt collis ſm q̄ cōſideratur in
deſcenſu. ſ. aſcenſus. vel potius deſcenſus mon
tis vel flexuoſitas. Inde cliuoſus. a. um. i. mō
ticuloſus vel flexuoſus. Item cliuis componi
tur hic et hec accliuis. ⁊ hoc ue. vł accliuis a. ū
decliuus procliuas. et quodlibet iſtorum cō/
paratur ſm Hug. Papias vero dicit. Cliuus
aſcenſus mons non altus. Inde cliuoſus. a.
um. id eſt inclinatus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cloaca.f.p.ꝺꝛ quelibet foſſa ad quā ſordes ꝺe
fluunt.ꝛ ꝺꝛ a colo as.eo ꝙ ibi colantur q̄ emit
tuntur.vel ꝺꝛ a cleo cles.qꝺ ē abſcōdere vel ſoꝛ
bere eo ꝙ ſtercoꝛa ꝛ immūda abſoꝛbeat vel ab
ſcōdat. Uel ſm Papiaꝫ Cloace dicte ſunt.qꝛ
ꝑ eas colanť aque vt quotiēs pluuie inunda/
tio exiterit ꝑ eas aq̄ extra ciuitatē emittantur
Inde cloacarius rij.q̇ cloacā facit vel purgat.
ꝛ hec cloacaria rie.in eodē ſenſu. Et cloacariꝰ
a.um.qꝺ ꝑtinet ad cloacam vel res cloace.
Clotho vna ꝺe tribꝰ parcis que fingūtur rege/
re vitā hoīs. Uñ Clotho colū baiulat lache/
ſis trahit.atropos occat. Prima dat eſſe.ſecū
da regit.ſed tercia finit
Cluniculū li.n.s.pe.coꝛ.i.ſpata.ſplēdona ꝛ di
ciť a clunis eo ꝙ reſplēdeat a clune.vel diciť a
cluo is.eo ꝙ ꝺefēdat Cluniculū etiā ꝺꝛ foramē
qꝺ fit in camiſijs mulieꝝ circa inguina.vel ge
neraliter qꝺ fit in pānis eaꝝ circa latus
Clunis incerti generis.i.nates. ꝛ ꝺꝛ a culꝰ eo
ꝙ ſit circa culū.vł pocius a cluo is.p ꝺefendo
qꝛ illa maſſa carnis ꝺefendit oſſa ſedentis

## C ante O

Coactio eſt duplex.abſoluta et condicionalis
Coactio abſoluta eſt cui reſiſti nō poteſt cum
quis violēter trahitur ad aliq̄d faciendū quo
caſu quis omnino excuſať.l.di.pſbiteris.i.q.i.
cōſtat. Coactio cōditionalis eſt q̄ metū crucia
tus vel aliquid graue minať que ſi excuſat a tā
to non tñ a toto.c.ſacris ꝺe his que vi.me.ve.
cau.ſi.in glo.verbi attenuet ſm Hoſt.in ſum.
eodem ti.
Coactoꝛ oꝛis.qui cogit. Coactoꝛ etiaꝫ dicitur
agitatoꝛ aſelli ſm Papiam
Coactrix tricis.f.t.dicitur mulier que cogit
Coactus a.ū.i.conſtrictus ꝛ in vnū collectus.
Coagolatus a.ū.i.ꝯſtrictus vł ſimul ſtrictus
Coagulū.n.s.i.illud quod ponitur i lacte vt
coaguletur
Coax vox ranarum
Coccytus ti.fluuiꝰ infernalis ꝛ interpꝛetatur
luctus.ꝛ p.pe.ꝛ etiā ꝑmā.qꝛ.c.duplicat. Uñ
Job xxi. Dulcis fuit glareis cocciti Et nota ꝙ
Papias ponit quoccytus in q ꝛ etiā in c Uñ
ſm c dicit Coccytus inferni palus vel fluuiꝰ vł
oia fluīa ignea a coccytos id eſt luctu vł gemi
tu.ꝛ ſignat q̄cq̄d hoīes in luctū lacrimaſq̄ꝫ cō/
pellit Uñ Nō niſi lamēta tua dāt coccyte flu
enta Quidam tamen ſcribunt per vnū c tm̄
Coccyteus a ū ꝺꝛ a coccytus Uñ Uirgiliꝰ in
vij enei Hic ſubitam rabiem coccytea virgo
obijcit ꝛc̄

Coccus ci.m.s.ē genꝰ tincture.ſ.mediū inter
rubeū ꝛ croceū. Coccū dicūt greci.nos rubeuꝫ
ſeu vermiculatum dicimꝰ. Eſt eīm ſmiculꝰ ex
ſilueſtribus frōdibus. Inde coccineus a.ū.et
coccinus.a.ū.i.illo coloꝛe tinctus.i.rubeꝰ. In
uenitur etiā hoc coccinū. Eſa.i. Si fuerit pec
cata veſtra vt coccinū.vbi dicit glo.idē ē coc/
cus et coccinū ꝛ vermiculꝰ. Pap: dicit. Cocci
neum.i.ſanguineum a cocco dicitur.
Cochlea ꝺꝛ circūflexꝰ aſcēſus in muro vel tur
ri. Et ꝺꝛ a concha quaſi cōchula. Itē cochlee
diciť alte ꝛ rotūde turres.ſ.a cycle.q̄ſi cyclee
qꝛ ꝑ circulū ꝯſcendūt ad oꝛbē. Uñ ſm Pap.
Cochlea ꝺꝛ ꝑ circulū aſcenſus. Uñ Dic co/
chleam turris ſcalā teſtāq̄ꝫ limacis.
Cochlear.n.t.vel cochleare huiꝰ cochlearꝫ ꝺꝛ
inſtr̄m q̄ cibi liquidi ſolēt māducari.a cōcaui
tate.vel ab vſu pꝛius cochleariū dictū.
Cochlear etiā ꝺꝛ quedā mēſura.ſ.dimidia ps
drachme appendēs ſiliq̄s nouē qꝺ triplicatū
conculā facit: Unde. Eſt cochlear ꝓꝓꝛie q̄ pul
tes ponis in oꝛe.
Cochlearius.rij.m.s.ē lapis marinꝰ cochleis
ꝛ arenis et lapillis cōcretus et aſpimꝰ.
Coctilis.ꝯ.t.ꝛ hoc le.pe.coꝛ.qꝺ coctū ē vł ap
tum ad coquendum.
Coctus.a.ū.a coq̄.is.ꝺꝛ. Qꝺ autē coctū q̄ꝛ co
actū ab igne et aq̄ ꝺꝛ etymo.ē.nō ꝯpoſitō.ꝯ
poniť ſemicoctus.a.um.i.p dimidia ꝑte coctꝰ
Cocula vaſa oīa coquendi cauſa ꝑata.
Codex idē eſt qꝺ caudex.qꝺ eſt truncꝰ ꝛ muta
ta a in o diciť codex. Itē ꝑ tranſlationē a codꝫ
vel caudex ꝺꝛ h codex liber q̄dā in q̄ ꝯtinentur
diuerſi libri partiales.ſic in codice trūco ꝯti/
nētur diuerſi rami. Et appellatio iſta mō am
pliata eſt vt etiā q̄libꝫ liber dicať codex. Diffe
rūt tñ codex et liber. Quia codex ē ꝓꝓꝛie mul
toꝝ libꝛoꝝ.ſꝫ liber ē vniꝰ volumis. Itē codex
ꝓꝓꝛe ē lib q̄ ꝯtinet diūſa p̄cepta iꝑatoꝝ.vñ an̄
tps Juſtiniani erāt tres codices.ſ.gregorianꝰ
hermogenianꝰ.ꝛ theodoſiāꝰ ꝛ mł'te ꝯſtitutōes
ex̄ illos deuagātes.p̄terea duo pene milia libo
rū ꝛ treties cētena milia v̄ſuū. Uidēs igiť Ju
ſtinianꝰ legū tātaꝝ multitudinē voluit circa.
hoc adhibē remediū ſalubꝛe.ꝑmo direxit aīm
ſuū ad iꝑiales ꝯſtitutōes.et de iſtꝫ tribꝰ codici
bus extrauagātibus fecit fieri vnū codicē.quē
ſuo noīe appellauit codicē Juſtiniani. Deide
direxit aīm ad īmenſa veteris iuris volumīa.
ꝛ ꝺ illꝰ duobꝰ pene milibꝰ liboꝝ ꝛ treties cēte
nis milibꝰ v̄ſuū fec̄ fieri libꝝ digeſtoꝝ ſiue pā
dectaꝝ quē diuiſit in.l.libꝛos ꝑtiales ꝛ i tres
integrales.ſ.ff.vetus.infoꝛciatum.ꝛ.ff.nouūꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Poſtea p iuuenibꝰ ⁊ legum tyronibꝰ fecit li/
brũ. Inſti. ſcꝫ mediocrẽ eruditõem p quẽ qua
ſi p pontẽ iuuenes ad legum ſubtilioꝛa ⁊ al/
tioꝛa ꝑuenirent

Codicillꝰ li. dimi. i. puus codex. Codicillꝰ etiã
dicebat illa carta in q̃ ſcriptũ erat teſtamentũ
alicuiꝰ mortui extra ciuitatẽ vel in ꝑegrinatõe
q̃ poſtea mittebatur ad rhomanos. Vel codicil
lus dr̃ puus codex vel ſcꝑtura nulla indigens
ſolẽnitate. ſed ſolummõ teſtatoꝛis voluntatẽ
ſignificãs loco teſtamẽti habet

Codiculꝰ li. i. puus codex.

Coepiſcopꝰ pi. i. vicarius epi. a con ⁊ epiſcopꝰ
vel ſm Pap. Coepiſcopus cõiunctus ⁊ vici/
nus epiſcopus.

Coeſus a ũ. i. coꝛoſus. a cõ ⁊ eſus

Coetaneꝰ a ũ. i. vnius ⁊ eiuſdẽ etatis. Vñ ad
Gal. i. Proficiebaꝫ in iudaiſmo ſup multos
coetaneos meos

Coeternꝰ a ũ. i. ſil' eternus. Et dr̃ a con. ⁊ eter/
nus. Jñ coeternitas

Cogitatiũcula. f. p. i. ꝑua cogitatio

Cognatus. m. s. i. frater q̃ſi ſimul natus ⁊ hec
cognata. i. ſoroꝛ q̃ſi ſimul nata. i. filia. ⁊ tũc in
terponitur g. p ꝑthesim. Jtẽ natꝰ ꝯponit cum
con ⁊ ad. ⁊ dr̃ ꝯgnatus a ũ. ⁊ hic cognatus. h
cognata. Et agnatus a ũ. ⁊ hic agnatus h ag/
nata. q̇ vel q̃ vel vel qđ eſt de eodẽ genere na/
tus vel nata vel natũ. Tñ ibi eſt drã. qꝛ ag/
nati dicunt q̇ p virilem ſexũ deſcẽdũt. Sꝫ ꝯg
nati q̇ p femineñ ſexum. Et dicunt agnati qꝛ
ſuccedũt p natis. ⁊ ſuccedñt loco natoꝝ dum
deſunt filiȷ̃. Sed cognati dicunt qꝛ ſunt de eo
dem genere nati. vel qꝛ ſunt ꝑpinq̇tate cogtõ
nis ꝯiuncti. Qui ideo poſt agnatos habent.
qꝛ p feminei ſexus ꝑſonas veniũt

Cognatõ legal' ſm Hoſt. eſt q̃dam ꝑximitas
ꝑueniẽs ex adoptõe vel arrogatõe

Cognatio ſpũalis eſt ꝑpinq̇tas vel attinen/
tia q̃ ꝑuenit ex ſacramẽti datõe. vel ad ſacr̃m
recipiendũ atteſtatõe vel tentõe Vñ ex cogna
tõe ſpũali q̃ in baptiſmo ꝯhitur nouẽ ꝑpinq̇
tates naſcunt. Prima filiatio inter ſacerdotẽ
baptizantẽ ⁊ baptizatũ. Scđa ꝯpaternitas i
ter ſacerdotẽ baptizantẽ ⁊ patrem baptizati.
Tercia cõmaternitas inter eundẽ ⁊ matrem
baptizati. Quarta inter filios ſacerdotꝭ ⁊ ba
ptizatũ. ſcꝫ fraternitas. xxx. q. i. hoies. ⁊. q. iiȷ̃.
ita diligere. Quinta filiatio inter baptizatũ.
et ſuſcipientem de baptiſmo. Sexta filiatio i
ter eundẽ ⁊ vxoꝛẽ ſuſcipientis. Septima fra
ternitas inter baptizatum ⁊ filios ſuſcipien/
tis. Octaua. ꝯpaternitas inter ſuſcipientẽ et
patrẽ ſuſcepti. Nona ꝯmaternitas inter eũdẽ
et matrẽ pueri. vt. xxx. q. iiȷ̃. p totũ

Cognomẽ. n. t. eſt cõe nomẽ totius cognatio/
nis. Jñ h ⁊ h cognomis ⁊ h ne. q̇ ſunt eiuſdẽ
nois vel ꝯgnominis.

Coheres redis. ꝯ. t. i. ſil' cũ alio heres. vñ Ro
ma. viiȷ̃. Si aũt filiȷ̃ ⁊ heredes. heredes q̇dẽ
dei coheredes aũt xp̃i.

Cohoꝛs tis. m. t. dr̃ a cohoꝛtoꝛ a frequẽtia co
hoꝛtatiõis. ⁊ eſt multitudo ruſticoꝝ. Sed ca
ſtra multitudo militũ. Cohoꝛs maioꝛ ꝯtinet
q̇ngentos. Cohoꝛs minoꝛ trecẽtos. Jtẽ coꝛs
coꝛtis. dr̃ qđ dã genus munitionis. a coartã/
do vel a coarcẽdo. eo ꝙ coꝛceat interioꝛa. i. cõ
cludat. vel qꝛ coarceat obiectu ſuo extraneos.
⁊ adire ꝓhibeat ⁊ ſm hoc in tali ſenſu melius
ſcribitur ſine h. ⁊ p vnũ. o.

Cohum hi. n. s. i. coꝛrigia qua iugum ad te/
monẽ religatur

Coitꝰ us ui. i. eſt ꝯcubitus a coeo is

Colax lacis fuit q̇dã leccatoꝛ. a quo ⁊ q̃bilet
paraſitus p̃t dici colax.

Colema atis. n. t. i. ꝯmixtõ herbe ⁊ olei ex q̃ lu
ctatoꝛes in paleſtra vngebant

Cholera re. f. p. ꝑ. coꝛ. dr̃ a colos vel colõ. q̃ſi
follicula. ſ. fellis effuſio. ⁊ eſt vnus de q̃ttuoꝛ
humoꝛibꝰ coꝛpis. Dicit etiã cholera ipſe fol/
liculus de quo fel effundit. Et nota ꝙ ſunt q̃t
tuoꝛ humoꝛes coꝛpis humani. ſ. ſanguis cho
lera melancholia ⁊ flegma. Et vnuſq̇ſqꝫ p̃di/
ctoꝝ humoꝝ elementũ ſuũ imitat. Sãguis
nanqꝫ imitat aerem. Cholera ignem. Melan
cholia terrã. Flegma aquam. Jnde colericus
ca cum. ille in quo magis dominatur chole/
ra

Coliciani heretici a quodã Colicio noiati. q̇
dicunt deum nõ creaſſe mala. ꝯ illud qđ ſcrip
tũ eſt. Ego dñs creans mala

Coliphiũ. n. s. i. panis q̇ poſt ꝑmã vel meri/
diẽ laboꝛantibꝰ datur. vel panis azimꝰ i mo
dum virilis mẽbꝛi factus. q̃ ſolebãt vti ago/
niſte vt eſſent foꝛtioꝛes. vñ Juuenal'. Come/
dũt coliphia pauce. Pap. dr̃. Coliphia dicũ/
tur panes azimi ⁊ genus carniuꝫ Carnes aſſe
et ſemicocte q̃ eſt victus athletaꝝ

Columbus bi. m. s. eſt herba creſcẽs in aq̃ vl'
turſis virens. vel aq̇ductus. ſcꝫ locus p queꝫ
diſcurrit aq̃. In paſſione beati Thome inuenit
Fecit columbũ ⁊ lacus aq̃ꝝ influentes. Pap.
dr̃. Columbꝰ vbi mundant veſtimẽta. vel aq̃
rũ influens locus

Collactaneꝰ a um. i. eodẽ lacte nutritus vl' eo
dem tp̃e lactatus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Collacteus a um .i. eiuſdē lactis. Collactei ſūt qui idem lac ſuxerunt vel in eodem tpe. quaſi coetanei

Colaphus phi .m .s. eſt colli pcuſſio.

Collariū rij .n .s. id qd eſt in collo canis

Collateraꝰ .ꝯ .t. ⁊ hoc le. qui eſt de latere. vt vētus collateralis. quaſi ꝯtiguus ⁊ vicinus ⁊ a latere exiſtens

Collatores dicuntur a ꝯferendo quia ꝯferūt in fiſcum. ſiue ordinaria ſit collatio ſiue extra ordinaria

Collatio ſm Azo. nō eſt aliud ꝙ cōicatio qua res quondā nō ſua vel nō hereditaria iā ē ſua vel hereditaria. l' eſt ꝯfuſio ſiue coadunatio rerū ꝯferentis in res cōes. ſeu cū rebꝰ cōibꝰ diuidēdis. vt nota in .l. ſi ſoror. C. de colla.

Collatiuꝰ a ū .i. largus amplus ſinuoſus capax. vbi multa ꝯferuntur

Collectiuus a ū. a colligo dr. Vn̄ nomē collectiuū dr. qd in ſingulari numero multitudinē ſr̄ vt ppl's. Pl'es em̄ homines in vno populo colliguntur

Collega ge .m .p. nomē eſt officij viroꝝ. Et dr a collego gas. Proprie qdem collegę ſunt in officio. ſcꝫ q inſimul legātur ad aliquod officium agendū. vt ad pacē inter aliques ꝯponendā. vn̄ Cōſortes ꝯiugit amor. ſocios labor vnus. Miſſio collegas ad eundē copulat actū. Aſt eadem comites vnit via menſa ſodales Itē lego gis ꝯponitur cum cō. ⁊ dr colligo gis. Jn̄ h ⁊ hec colliga ge .ꝯ .p. cor. i. ſimul colligens vel legens Sicut em̄ ꝯuene dicunꝰ ſimul venientes. ſic collegę dicuntur ſimul legentes

Collegarius vnus ex talibus ſocijs.

Collegium eſt ſocietas collegaꝝ in vno honore poſitoꝝ

Collegiati dicunꝰ aliq qui ſunt de aliquo corpore. i. ꝯgregatōe vel artificio hoim

Collibentia tie. i. obedientia vel ꝯſenſus. ⁊ idē eſt collibeſcentia.

Collibertus .m .s. i. cū alio libertus.

Collibiū bij .n .s. dr puū munuſculū. vel fructus. vt poma nuces cicer frixū vua paſſa qd ⁊ bellariū dr. ⁊ antepometū. ⁊ dr a collibet. qa ſil' cū alijs placet. poſt carniū fercula fructꝰ ſolēt diligi. p ſe nō tm̄. Jn̄ collibiſta ſte. dr q recipit collibia ⁊ hmōi munuſcula pvſura l' aliq fucio. Dr etiā collibiſta q vēdit collibia

Collibꝝ bri .pe .p. ē genus pecunie. vel tota pecunia ſil' collibrata

Collirida de .f .p .pe. cor. eſt panis tenuis ⁊ qſi ſubcinericius vel eſt panis modicus ⁊ triāgulus coctus ⁊ frictus de tenſus.

Colliriū rij .n .s. i. qlibet ſupunctio. pprie tm̄ ad regendas feces oculoꝝ ſm Hug. Pap. vo dr. Colliriū medicamentū. Collyria ſonāt. qꝛ vicia oculoꝝ tergant. Apoc. iij. Et collirio innunge oculos tuos vt videas

Collis lis .m .t. a collū dr. Et ſunt colles pe/minentiora iuga montiū qſi colla. vl' ipſi aſcēſus circa ſummitates montiū. Jn̄ colliculus puus collis

Colliſio onis .f .t. dr qſi ſil' leſio. ⁊ dr a collido dis. Itē colliſio eſt quedā ſpecies methaplaſmi. q alio nōie dr ſynalympha. Itē colliſiōes ſunt cum aſpere ꝯſonātes in ꝯſtructōe occurrūt ſibi. vt eſt illud. Si vires auriga p lora p flagella p frena. vt vult Pap. Et ſic colliſio eſt viciū ꝯtentū ſub barbariſmo

Colliſus ſa ſū. qſi ſimul leſus.

Colloquiū quij. i. ꝯſilium vel contio qd vulgo dr plamentum

Collum li .n .s. dr a columna. eo ꝙ ſit longū et rotundū vt columna baiulans caput. cuꝰ anterior ps gula poſterior ceruix. Jn̄ collulū .n .s. i. puum collum

Colluſio eſt inter actorē ⁊ reū latens ⁊ fraudulenta ꝯuentio. p quā alter in iudicio ſe ſuperari pmittit. vt dr de collu. in glo. c. audiuimꝰ

Colluuiū uij .n .s. ⁊ hec colluuies ei. ⁊ h colluuio onis in eodē ſenſu. i. aqꝝ inūdatio. vl' ſordium collectio. ⁊ ꝯgregatio ex multa fluxione et inundatōe aqꝝ

Colobium .n .s. dr palleū ꝟginale vſqꝫ ad talos depenſum. ⁊ ſine manicis. ⁊ dr colobiū qſi collobiū a collo depenſum vel qꝛ ſit longū Et nota ꝙ nō ſolū ꝟgines ſꝫ etiā dyaconi vtebāꝰ colobio. loco cuꝰ poſtea vſi ſūt dalmatica qꝛ ſcꝫ nuditas brachioꝝ culpabaꝰ

Coloma me. i. calamꝰ cū ſpica ſua

Colō greci dicūt ⁊ interpꝛtatur membꝝ. Itē cholō vel cholus greci dicūt fel vel aliud inteſtinū. Itē a colō dr p ꝯpōem monocolos dicolos vel bicolos tricolos ⁊ tetracolos. a monos qd eſt vnū. vel dis. ſiue bis qd eſt duo. l' tris qd ē tres vel tria. vl' tetras qd ē qttuor. et colō qd ē membꝝ. ſ. ꝙ hꝫ vnā l' duas l' tres vel qttuor metri varietates. vn̄ iueniꝰ i odis Oratij. Hec oda ē monocolos. h dicolos. h tricolos. i. hꝫ in ſe vnā duas vl' tres metriva rietates. Pap. dr. Cholō culare inteſtinū

Colonia nie .f .p. i. ciuitas vl' caſtꝝ vel villa q libera nouis iſtituta colonis. vn̄ Hyeronimꝰ i plogo Hyeremie Iā terras eoꝝ colonie gētiū poſſidebāt. Colonia etiā dicebaꝰ olim citas l

regio capta a rhomanis. in qua veterib⁹ expulſis ſupinducebantur noui coloni a rhomanis

Colonia etiā dicebaꝛ ciuitas l' caſtrū l' villa i ↄfinio duaꝝ regionū. a colonis ibi freqnꝛ mutatis a rhomanis. ne liceret eis eſſe infideles

Colon⁹ ni. m. s. i. fre cultoꝛ. ꝛ ꝓpe aduena que aliūde veniēs agrū locatū ſibi colit. l' q̇ hꝫ ꝑdiū agri colendi cauſa. Differt āt colon⁹ ab inq̄lino. qꝛ hic in rure. iſte āt in ciuitate moraꝛ. Et hꝫ plūes ſpēs agricoloꝝ ſm Aʒo. vt patebit.

Coloni ↄditionales dicūꝛ q̄ſi ex ſua ↄdicōe ꝑdiū vl' agrū colē debēres.

Coloni dn̄ici dicebāꝛ q̇ colebāt agros imꝑatoris. vt. C. de pre. ꝛ oib⁹ re. li. xi.

Coloni illiricenī alias ꝛ meli⁹ illiriciani de illirico. i. de ſclauonia dicūꝛ. ꝛ habēꝛ in. l. cū q̄rebaꝛ. C. vn̄ vi.

Colonus inq̄lin⁹ min⁹ ē aſtrict⁹ q̄ꝫ colon⁹ cōditional'. Un̄ inq̄linus. hn̄ pt in alia pte cuiuſlibet ſuburbij domū ↄducē ꝛ inhabitare. Sꝫ cōdicōnalis colonus nō audet cū ſua familia recedē a fundo quē colit nec alibi habitare.

Colon⁹ originari⁹ dꝛ coloni ↄdicōnalis filius ex eo q̄ originaliter ↄdicōi colonarie ſubiect⁹ ē Nec refert ſiue in ſolo fuerit nat⁹ ſiue extra ſolū qꝛ tāq̄ꝫ originari⁹ ad terrā illā reducēdus. quā pr̄ ſuus ſuſcipit colendā.

Coloni partiarij ſm quoſdā dicūtur illi q̇ terrā colūt ꝑ pte dimidia vl' tercia ſm ſterilitatē ſeu fertilitatē terraꝝ.

Coloni paleſtini ſꝫ de paleſtia ꝓuīcia dci.

Colon⁹ ſimpl'r dꝛ q̇ ſub certa annua mercede i pecunia nūerata p̄dia colenda accipit.

Colon⁹ ꝓꝓe dꝛ q̇ rē ruſticā ↄducit nūmis ꝛ cōpetit ↄ eū actio pſcriptꝭ v̄bis ſiue i factū.

Colon⁹ ad nūmū ↄduct⁹ ē ille q̇ ſtatim cū fructus fuerit a ſolo ſepati. vt vſufructuari⁹ intelligiꝛ ſm Jo. ff. de fur. l. ſi apes.

Colon⁹ ſupficiarius ē q̇ arcā ↄducit ea ↄdicōe vt ſibi liceat in ea edificare ꝛ domuꝫ tollē cum voluerit.

Coloni partionarij ſꝫ q̇ totū agrū ſuis expenſ colunt. ꝛ ex fructibus preſtant dn̄o fundi q̄ntū conuenit.

Coloquintida. de. vl' hec coloq̄ntis. tidis. ē cucurbita agreſtis ꝛ vehemēter amara. que ſimiliter per terrā vt cucurbita flagella extendit fructu rotundo ꝛ folijs ſimilibus cucumeri vſuali. Un̄. iiij. Regū. iiij. Et collegit ex ea colloq̄ntidas agri. Uel vt in hiſtorijs diciꝛ. Coloq̄ntide ſunt agreſtes concurbite amariſſime. minores his que in hortis naſcunꝛ. Ul' vt q̇daꝫ dicūt. herba ē q̄ſi vitis ſe diffundēs in ſepib⁹. fructu modico purpureo ꝛ rotūdo cū matur⁹ ē vn̄ Agreſtis tibi ſit coloq̄ntida cucurbita lcōꝛ

Color. oris. m. t. dꝛ q̄litas ꝑceptibil' viſu i luce. ꝛ dꝛ a colo. as. qꝛ olim colores colebanꝛ. vt eſſent nimie ſubtilitas. Inde coloro. as Alij dicūt q̄ a coloro fit color ꝑ apocapā. Iteꝫ color ↄponiꝛ hic ꝛ hec bicolor. ris. q̄ſi duoꝝ coloꝝ. Jn̄ bicolorat⁹. a. ū. Et h̄ ꝛ hec tricolor. i. triū coloꝝ. Jn̄ tricolat⁹. a. ū. Et h̄ ꝛ hec multicolor. i. multoꝝ coloꝝ. Et hic ꝛ hec diuerſicolor. i. diuerſoꝝ colorū. Et hic ꝛ hec diſcolor. i. diuerſoꝝ coloꝝ vl' alteri⁹ coloris. Jn̄ diſcoloratus. a. ū. Et hic ꝛ hec vnicolor. i. vni⁹ coloꝛ. Et hic ꝛ hec rubicolor. i. rubei coloris Et hic ꝛ hec albicolor. i. albi coloris. Et cū oib⁹ ill' cōponiꝛ coloro. as. Itē oīa ↄpoſita a color vt bicolor. a decor. vt dedecor. a corp⁹ vt bicorpor. ſꝫ cōis gn̄. lꝫ irreglariꝛ aliq̄n reperiāꝛ in neu. g. qd̄ autoritati attribuim⁹. Ezechiel'. xvi. Et aſſumpſiſti veſtimēta tua multicoloria. Et corpma color. Un̄ Auian⁹. Ingenio moꝝ ſubſiſtit forma coloꝝ.

Colos vl' colon. dicūt greci fel. vel aliud inteſtinū.

Coloſeū. ſei. n. s. q̇dam locus rhome vbi olim erant imagines omniū prouintiaꝝ. ꝛ in medio erat imago rhome tenēs pomū aureū i manu. vtpote domina ꝛ regina omniuꝫ. Et erāt ita diſpoſite arte necromantie q̄ q̄n aliq̄ ꝓuīcia volebat inſurgē ↄ romanos. ſtatim imago rhome obuertebat dorſum illius ꝓuīcie imagini. Ul' vt dicūt. imago illius ꝓuīcie inſurgebat ↄ imaginē rhome. ꝛ tūc rhomani ex improuiſo mittebāt illuc exercitū. ꝛ ꝓuīciā illā ſibi ſubiugabāt. Et tl'i arte rhomani q̄ſi totū mundū ſibi ſubiugauerūt.

Coloſus. ſi. m. s. i. aliq̄ res in memoriā alicuius mortui facta. vt tumuli ꝛ imagines apud antiquos. ꝛ dꝛ coloſus q̄ſi colens oſſa. ꝛ ꝓdu. pe. Un̄ Iuuenal'. Et de marmoreo citharā ſuſpende coloſo. Pap. dꝛ. Coloſus vocaꝛ ſtatua marmorea ꝛ alta.

Coloſtrū. ſtri. n. s. qd̄ ꝛ coloſtra dꝛ. i. lac ↄcretū in mām̄is. vl' poti⁹ nouū lac qd̄ ſtatim ꝑmo mulgeꝛ p⁹ fetū qd̄ cito coagulaꝛ.

Coluber. bri. m. s. pe. cor. ꝛ hec colubra. bre. eſt genus ſerpentis. eo q̄ colat vmbram. Inde colubrinus. a. ū. Item coluber ceruum fugit. leonem interficit. Inde coluberculus id eſt paru⁹ coluber.

Colum. li. n. s. eſt inſtrumentū ꝑ qd̄ muſtum

fluit. Uñ Uirgili⁹. Tunc ſpiſſos vimine qua
los colaq; plor. Finoſis de riſpe tectis. Jñ co/
larñ ⁊ ē idē qd colñ. Jtē colum accipit̃ p quo
dā colore rhetorico. ⁊ ē punctū ſine vlla v̄gu
la qñ videlicȝ ꝯſtructio ē pfecta. ſȝ adhuc pn/
det intentio dictatoris. ⁊ talis diſtinctio vo/
cat̃ media ſiue ꝯſtās.
Colūbus.m.s. ⁊ hec colūba.auis q̄dā ſic dcā.
ppt̃ diuerſos q̄s hȝ colores in collo. ⁊ dr̃ colū
ba.q̄ſi colēs lūbos. Et hȝ ſeptē pprietates. La/
ret felle.nullū ledit.alienos pullos nutrit.ge/
mitū p cantu emittit.iuxta fluuiū morat̃.gra/
nū eligit qd̄ cōedat.in foraminib⁹ petre nidifi
cat.ſignificat etiā ſpm̄ ſanctū.
Colūbar.barȷ.n.t.eſt latibulū vel foramē vbi
nidificāt colūbe. Colūbar etiā dr̃ qd̄dā genus
vinculi a collo.q2 ē aptū collo. Dicūt̃ etiā co/
lūbaria loca ꝯcaua in naui p q̄ remi emittunt̃
Colūbin⁹ a.ū.pe. pdu. poſſeſſiuū de colūbus.
Jtē hic colūbinus.ni. q̄dā lapis a colore illi⁹
auis ſic dictus.
Columē.minis.n.t alacritas vl' fortitudo. Et
cor.lu. Uñ Homer⁹. Hic patrie columē pug
nat mauortius hector.
Columis.ꝯ.t. ⁊ h̄ me.i.ſan⁹ alacer ⁊ dr̃ a colū/
na.eo q rect⁹ ⁊ firmiſſim⁹ ſit. A quo p ꝯpoſitio
nē h̄ ⁊ hec incolumis. ⁊ h̄ me.i.infirm⁹
Colūna.ne.f.p.ſtatua. ⁊ dr̃ a columē.eo q in/
ſūmo ſit longa. vl' q2 columē ſuſtineat. Jñ hec
colūnula.le. ⁊ hec columella. Et a columnella
per mutationē.m.in.b.inuenit̃ hec columbella
le. Et cor.co. Uñ Oratius. Nempe inter va/
rias nutrit̃ ſilua colūnas
Columnelli.lor.m.s. pl'is nūeri ſūt dētes q̄
canini dicūtur a lōgitudine ſic dci.q2 ſunt lō/
gi ⁊ rotundi ad modū colūne ſm̄ Hug. Pap̄
dr̄ colomelli.
Colur⁹.dr̃ a colon ⁊ vrus.q̄ſi colon vri.i.men
brū.ſ.cauda bouis ſiluestris. Nā vrus eſt bos
ſiluestris. Jñ colurus cauda illi⁹. Uñ ⁊ q̄dā ſi
militudine coluri dicunt̃ duo circuli impfecti
in celo.q̄ quadā ideali prudētia fingunt̃ in fir
mamēto. Sicut em̄ cauda bouis facit circuiū
impfectū.ita q̄dā circuli fingūt̃ eē in celo imp
fecti.q̄ntū ad viſum nr̃m.
Cholus li.m.s.apd̄ nos latinos. idem ē qd̄
chole vl' choli.apud grecos.ſ.fel. vl' aliud inte
ſtinū. Et in phyſica dicit̃ inteſtinū culare. Jñ
cholicus.a.ū. vt cholica paſſio q̄ fit in iſto mē
bro. ⁊ cholicus hō q̄ patit̃ infirmitatem choli.
Uñ Macer de virib⁹ herbar. Jlli⁹ ſemē cho/
licis cū melle medet̃. Jtē inenit̃ hec col⁹us.ui.
vl' colus.li. p rota. feminar l' inſtrumēto vn̄ fe
minenent. ⁊ tunc dr̃ a colo.lis. Et cor. pmam
Unde Ouidius. Aptior eſt digitis lana co/
luſq; meis.
Come.f.p. pp̄e capilli mlier.a comēdo ſic ce/
ſaries viror a cedēdo. Ul' dr̃ coma pp̄e nō ce/
ſi capilli. ⁊ eſt nomē grecū. Jteȝ cuma.me.vel
potius coma.me. dr̄ breuis dictio ⁊ dr̄ a cu/
mulo.las.p cōtrariū. Jtē hoc comatis.n.t.i.cē
ſura iudiciū. Jtē coma ponit̃ pro quodā colo
re rhetorico. ⁊ ē punctū cū v̄gula ſurſum du/
cta.qñ nec ſn̄ia nec ꝯſtructio ē pfecta ⁊ tal' di/
ſtinctio dr̄ ſuſpenſiua
Comarchus.chi.i.pnceps ſup comites. ⁊ dr̄ a
comes ⁊ archus.
Comaticus.m.s.a.verſificator. ⁊ dr̄ a coma.
come. Jñ aduerbiū comatice.i.breuiter. cōpen
dioſe. Comatic⁹ etiā dr̄ abbreuiator cōpēdio/
ſus.diuiſus.
Comatulus.a.ū.di.a coma.me. Uñ Hierony
mus in q̄dā epl'a. Comatul⁹ compt⁹ laſciu⁹ do/
mus tue tecta nō videāt.
Comat⁹.a.ū.i.comas hn̄s. Et hec comata te.
ē quedā gallie.ſcȝ lombardia.eo q comas ſo/
leat nutrire.
Comedia.f.p.a.villanus cant⁹. l' villana laus
et dicitur ab oda qd̄ eſt cantus vl' laus ⁊ come
qd̄ ē villa. quia tractat de rebus ruſticanis.et
eſt affinis quotidiane locutioni. quia circa vil
las fiebat ⁊ recitabat̃. Ul' dicitur comedia a co
meſtione. Solebant em̄ poſt cibum homies
ad audiendam eam conuenire Jñ comedus.a.
um.qui comediam deſcribit. Jnde comedicus
a.um.ad comediam vl' ad comedendum pti
nens vl' delectabilis. Jnde comedice.id eſt de
lectabiliter.
Comes.tis.m.t.eſt nomen dignitatis. ⁊ dicit̃
a como.as. Jnde comitiſſa.ſe. Jteȝ inuenitur
comes.con.g̃.pro ſocio. ⁊ tunc dr̄ a comeo.as
Et ē comes pprie itinē a cōmeādo.ſocius in
periculo.collega in officio.ꝯſors in pmio.ſoda
lis in menſa.
Comes orientis ſm̄ Azo.in ſū.forte erat pcu
tor rer ceſaris.q̄s hēbat in oriēte.
Comes palatinus dr̄ q̄ curā gerebat pcipuā.
vt miſſorū notarior. ⁊ iudicū negligētiā ar/
gueret. ⁊ a prouincialib⁹ tributa exigeret ⁊ con
ſueta depoſceret.
Comes rerū puatar ſm̄ Azo.erat forte pcu
tor ceſaris in puatis rebus. ⁊ ſm̄ eū etiā illu/
ſtris fuit. Alij dicūt q puati cōmodi ⁊ fiſcali
um rer ꝯ habuit adminiſtrationē. vt eas ꝯſer/
uaret ⁊ in eis negociaret̃.
Comes ſacrarū largitionum ſm̄ Azo.erat ille

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

per quem princeps ſua ſtipẽdia largiebatur. ꝛ
hic forte erat ꝓcurator reipublice. que grece le
giſta nũcupatur. Alij dicũt ꝙ iꝑator ꝑ hunc
ſuam libertatẽ ꝛ magnificentiã exercebat ꝛ lar
gitudinẽ agebat
Comes ſacri patrimonij erat que imꝑatoris
ꝓcurabat patrimoniũ. qui in hoc differt a co/
mite rerũ priuatarũ. qꝛ hic tenet cuſtodiã rerũ
priuatarũ ꝛ exercet negociationẽ circa mobi/
lia. ſed ille patrimoniũ ꝛ imobilia procurat
Comites ↄſiſtoriani ſũt q̃ conſiſtorij milites
dici meruerũt. q̃ etiã ſpectabilibus ꝓconſuli/
bus equipabant͛. vel ↄſiſtoriani dicebant͛ qui
preerãt caſtris principis ordinandis
Comitarienſes milites alias comitatenſes di
cunt͛ milites ſtipẽdiarij a comitatu dicti qꝛ mi
litant nõ ſoli ſed in comitatu
Comeſatio onis dicitur a comeſo ſas. Et ſũt
ꝓprie comeſationes ſuꝑflua ꝛ luxurioſa cõui/
uia. Et debet ſcribi ꝑ vnũ s. ſicut ſuuz verbum
Unde ad Roma. xiij. In comeſationibus ꝛ
ebrietatibus. Comeſationibus debet ſcribi per
vnũ s. ꝛ ſiĺiter proferri
Comeſor vel comeſtor. i. guloſus
Cometa te. f. p. dꝛ ordinatrix comarũ. ꝛ deriua
tur a coma me. Iuuenalis tñ gr̃a metri inter/
poſuit s ibi. Ponũt coſmete crinitas. Item in
uenit͛ etiã h̄ cometa mete. vel hic cometes me/
tis vel comete. Et eſt cometa q̃dã ſtella crinita
ꝛ emittẽs de ſe radios flãmarũ ad modum cri
niũ Et qñ apparet ſig̃t mortẽ vel imutationẽ
alicuiꝰ ꝓncipis vel alicuiꝰ patrie deſtructionez
ꝛ ſemꝑ dirigit radios ſuos ad illã partẽ cui/
minat͛. Quidã tñ dicũt ꝙ nõ ſit ſtella ſed que
dam nubes ignea claritate accenſa. Pap. dicit
Cometes eſt ſtella dictus. qꝛ comas luminis
ex ſe fundat. quod genꝰ ſideris qñ apparet. pe/
ſtilentiã famẽ aut bellũ vel regni imutationez
ſig̃t. qḋ latini crinitẽ vocãt. eo ꝙ in modũ cri/
nium flãmas ſpargit. Alij dicunt ꝙ cometes
nihil aliud ſit q̃z vapor terreꝰ groſſus cuiꝰ ꝑtes
ſibi multũ cõiacẽt paulatim aſcẽdens ab infe/
riori ꝑte eſtus ad ſuꝑiorẽ eiuſdẽ vbi cõcauita/
tẽ ignis contingit ꝛ ibi diffuſus inflãmat͛. ꝛ iõ
videt͛ longus frequenter ꝛ diffuſus
Comicus a ũ. i. comedus vel ad comediam pti
nens vel facetus. ꝛ cor. pe. Unñ duo ſũt genera
comicoꝝ. ſ. comediã ſcribentiũ. ſ. veteres q̃ io/
culatores extiterũt. vt Terentius. Noui qui ꝛ
ſatyrici. quibus generaliter vitia carpũtur. vt
Perſius ꝛ Iuuenalis. Et nudi pingunt͛. eo ꝙ
vitia denudent
Comis mis. con. t. ꝛ hoc me. i. ſuauis vel curia
lis vel facetus. ſed facetus de doctrina comis
de natura vel facetus in factis comis in dictꝫ.
Uel ſm Pap. Comis. i. cõpoſitus hilaris be/
nignus. et nota ꝙ como is. ꝛ hic ꝛ hec comis
ꝛ hoc me. ꝛ coma matis ꝓducũt primã. ſed co
ma me eã cor. Unñ. Cane colore comis me fal/
lit femina comis. i. ſuauis vel curialis. Iñ co
mitas tatis. i. curialitas vel ſuauitas
Comitatus us ui. i. comitis dignitas. vel ter
ra ſiue tantũ ſpaciũ quãtũ vnꝰ comes tenet. et
deriuat͛ a comes. Inuenit͛ etiã hic comitatus
us ui. i. ſocietas vel comitatio. ꝛ tũc dicit͛ a co
mitor aris. Itẽ inuenit͛ adiectiue comitatꝰ a ũ
Comitiũ tij. n. s. eſt tempus in quo cõſules eli
gunt͛ vel intronizant͛. vel etiã ipſa electio. vel in
tronizatio dꝛ comitiũ vel ſolẽnitas que tũc ibi
fiebat. ꝛ cõuentus totius populi ꝛ locꝰ in quo
fiebat. ꝛ dꝛ comitiũ q̃ſi coitiũ qꝛ totus populꝰ
ad electionẽ ꝛ intronizationẽ ↄſulum ↄuenie
bat. ſed eſt etymo. potius q̃z cõpoſitio. Inde co
mitius vel comitialis morbus. i. caducus vel
paſſiuus. qꝛ in comitijs illi qui patiebant͛ re/
pulſam ꝑ pudorẽ morbũ caducũ incurrebant
Uel eſt comitiũ placitũ qḋ multi comites fa
ciunt. Unñ Plautꝰ ibi inquit. vt de capite meo
faciant comitia. ꝛ ſic deriuat͛ a comes
Comitulus la lũ ꝛ comitellus la lum ambo dī
mi. i. ꝑuus comes
Cõmanipularis cõ. t. ꝛ hoc re. i. cõſocius. a cõ
ꝛ manipularis q̃ſi cũ alio manipularis
Cõmater tris f. t. q̃ſi ſimul mr̃ con ꝛ mater. Et
nota ꝙ due ſũt ſpecies compaternitatis ſeu cõ
maternitatis. Una directa. ſ. quando ego ſu/
ſcipio de ſacro fonte filium Berte. vel ipſa meũ
vel ad confirmationem coram epõ teneo filiuz
Berte. ꝛ ſi eam accepero ſemper eſt ſeparandũ.
connubiũ. Alia eſt indirecta quando vnus cõ
iugũ poſtq̃z ſunt vna caro effecti. filium alteriꝰ
ſuſcipit. in quo caſu ambo parẽtes infantis cõ
patres efficiuntur. etiam alteri ↄiugum qui nõ
ſuſcipit. ꝛ ambo impediunt matrimoniũ cõtra
hendũ ꝛ dirimũt contractum
Cõmeatus us ui. i. ſimul meatus. Item com/
meatus etiaz dicit͛ expenſa que ẽ neceſſaria in
itinere ſiĺ cõmeantibus
Cõmeatus dicitur licentiatus vel recõmenda
tio ſeu remuneratio ipſis licẽtiatis tempore li
centiature facta. vt in epiſtola Alexandri ma/
gni ꝛ Areſtotelis legitur. Et eſt quod vulgo
dicitur conductus liber. i. trãſitus a cõmeando
deſcendens vt vbi dicitur. optimis nos ſuſce/
perũt cõmeatibus.
Cõmemoratio onis. f. t. i. recordatio

Cōmendatici⁹ a ū. aliq̄s qui de ſuo nobis aliquid dat. vt res eius in noſtra habeam⁹ tutela. Eſt etiā cōmendaticia res que nobis ⁊ noſtre tutele cōmendatˀ. Jnuenitˀ etiā cōmendatici⁹.i.cōmendat nos vel laudat. Vn̄.ij. Corī. iij. Aut indigemus cōmendaticijs ep̄lis.

Cōmendaticie lr̄e ſūt dimiſſorie quib⁹ cleric⁹ dimittitˀ ⁊ abſoluitˀ a poteſtate ſui epi i quib⁹ ꝓhibetˀ de vita ⁊ ordinib⁹ illius teſtimoniū

Cōmentarienſis dr̄ cuſtos in carcere poſitorū. ff. de ori. iuris. ⁊ C. de cuſto. reo. l. ad cōmentarienſem. vbi talis punitˀ tali pena cū ſocio ſuo q̄ punitus fuiſſet aufugiēs ex negligētia eorū niſi ex neceſſitate ꝓcul ab officio egerit. tūc adiutor eius pari pena ↄſtringitˀ.

Cōmenda eſt cuſtodia eccl̄ie alicui cōmiſſa. c. nemo deinceps. de elec. l. vi.

Cōmentarius a ū.i.expoſitorius a ū. a cōmentum. Et hic cōmentarius rij. q̄ cōmenatˀ. Et cōmentator ⁊ cōmentarius. qui cōmentū componit vel ſcribit. Et hoc cōmentariū.i.armariuꝫ vbi reponuntˀ cōmenta. Et hic cōmentariolus

Cōmenticius a ū.i.confictus falſus vel expoſitorius vel ad cōmentū ꝑtinens

Cōment⁹ a ū. ⁊ hoc cōmentum ti.i.fraus mendaciū machinamentū inuentum ↄfictū cōpoſitum. Vel cōmentum eſt plurium ſtudio vel doctrina in mēte habitoꝝ in vnū collectio. Et ſcḋm hoc q̄libet liber ⁊ quodlibet opus de q̄libet arte cōpoſitū dr̄ cōmentū. Sed in nr̄o vſu cōmentū dr̄ liber expoſitorius. ſ. qui deſeruit expoſitioni ſn̄ie alicuius libri ⁊ nō conſtructiōi lr̄e. Et ſcḋm hoc diffinitˀ.

Cōmentū eſt expoſitio verboꝝ iuncturam nō cōſiderans ſed ſenſum

Cōmerciū. n. s.i. ex plurib⁹ rebus vna venditio vel diuerſarū reꝝ cōmutatio. vt ſi q̄s daret vel cōmutaret mantellū ꝓ capa vel econ̄uſo Vn̄ dr̄ cōmerciū q̄ſi cōmutatio mercium. Jlla ꝑo mirabilis incarnatio Jh̄u xp̄i fuit cōmerciū. q̄ſi cōmutatio merciū. ſ. diuinitatis ⁊ humanitatis. Nā hō q̄dāmodo ↄceſſit deo humanitatē de⁹ hoi largitus eſt diuinitatē. deſcēdit diuinitas aſcēdit humanitas ⁊ exaltata ē ſuper choros angeloꝝ. Vn̄ canitˀ. O admirabile cōmerciū

Cōmiſſura re. f. p.i.incraſtura coniūctura ligatura. a cōmitto tis.

Cōmiſſū ſi.i. in fide traditum creditū cōiunctum peccatū forefactum. a cōmitto.

Cōmodatarius ē ille cui res aliq̄ datˀ vtenda videlꝫ ipſū cōmodatū

Cōmodatū eſt alicuius vel certe rei ad aliquē ſpecialē vſum gratuita conceſſio

Cōmodus a ū.i. vtilis bonus manſuet⁹ q̄ſi cū modo. Vn̄ cōmodū dr̄ illud quod eſt nr̄i iuris ⁊ ad aliū tpalitˀ tranſlatū eſt cū mō tp̄is. q̄diu apud eū ſit. Vn̄ ⁊ cōmodū dictuꝫ ē q̄ſi cū mō datū. vel ad vtilitatē nō ad ꝑpetuitatē datum

Cōmoratio onis. f. t.i. habitatio manſio tardatio. a cōmoror aris.

Cōpactus a um.i. impulſus vel coniunctus ⁊ ↄformatus ↄglutinatus.

Cōpages gis. f. t.i. cōiunctio. Et hec compago ginis. idē. Cōpagines etiā vel cōpages dicūtˀ capita oſſiū. q2 compacta neruis velut q̄dam glutino ſibi adhereāt. Jn̄ cōpagineus a um.

Compatiuus a ū. ⁊ h̄ cōpatiuus ui. ⁊ h̄ cōpatiuū ui. ꝑ qḋ fit compatio.i. collatio rei ad rē vel qḋ ꝑtinet ad compationē.

Compaſcuus a ū. cōis ad paſcua vel ad paſcēdum. Unde paſcu⁹ ager dictus ē. q2 cōiter ad paſcendū vicinis relictus eſt

Compater tris. maſ. t. quaſi ſimul eiuſdem filij pat. qui filium alicui⁹ baptiſat vel xp̄ianuꝫ facit. vel ad baptiſmū vel ad cōfirmationē euꝫ tenet. Jnde cōpaternitas.

Compatriota te. con. p. pe. ꝓdu.i. vnius ⁊ eiuſdē patrie

Cōpeditus a ū.i. cum pede vel pedica aſtrictus incatenatus

Compendiū. n. s. q̄cquid eſt breue ⁊ vtile. Jn̄ cōpendioſus a ū. breuis ⁊ vtilis

Cōpenſus a ū.i. redditus. vel equatus vel re

Cōpes dis. f. t.i. catena circa pedes   , mūerat⁹

Cōpetens tis. o. g.i. ↄueniens

Cōpilator ſcḋm Jſidoꝝ eſt ille qui aliena dicta ſuis ꝑmiſcet. Et ſic ſolēt pigmentarij in picturā diuerſa mixta ↄfūdere. Vn̄ pictoribus atq3 poetis qḋlibet audiēdi ſꝑ fuit eq̄ ptās. Hoc ſcelere q̄ndā accuſabatˀ Hercules mutuan⁹. cū verſus Homeri trāſferēs q̄ſdam voces ſuis ꝑmiſcuiſſet. Et cū compilator ab emulis diceretur. rn̄dit. Magnarū viriū eſſe clauā a manu Herculis extorquere.

Cōpitū ti. n. s. eſt collectio pluriū viarū. ſ. locus vbi plures vie ſe cōpetūt ⁊ cōueniūt. ſicut ē biuiū triuiū. ⁊ dr̄ a cōpeto tis. vl̄ a cō ⁊ pital qḋ ē via. Jn̄ h̄ ⁊ hec cōpitalis ⁊ h̄ le.

Cōplexus us ui.i. brachijs cinctus. ⁊ dr̄ a cōplector ris qḋ eſt ſimul vtriſq3 manibus cingere. Jnde complexio.i. actus cōplectendi. vel quedā argumentatio que vndiq3 complectitˀ aduerſariū. Et hec a latinis dicitur cōplexio vel cornutus ſyllogiſmus a grecis dilema. Et complexio dicitur natura vel diſpoſitio. Jnde

hẜ ⁊ hec cõplexionalis ⁊ hẜ le. ⁊ cõplexionalitas cõplexionatus a ũ. i. cõplexione ꝑticipans vel diſpoſitus. Itẽ cõplexus accipit͛ in paſſiua ſignificatiõe. i. cõiũctus vel cõpoſitus. vt Sermo cõplexus dr̃ cõſtans ex dictionibus. ſ. oro ⁊ cõpoſitio. Et cõponit͛. Incõplexus a ũ

Cõplex. o. t. i. in malo conſentiens alteri⁹ dolo ſimul cõſentiẽs. Proprie quidẽ complex eſt q̃ aliq̃ peccato vel crimine ẽ alteri implicit⁹. Et ſemꝑ ad malũ ⁊ nũq̃ȝ ad bonũ dr̃ complex

Cõplexio onis: eſt actus cõplectendi vel q̃daȝ color rethoricus q̃ fit ex eo ꝙ eadẽ dictio in ꝑncipijs pluriũ clauſularũ repetit͛ ⁊ altera circa finem earũdẽ. vt Bñdicite angeli dñi dño. bñdicite celi dño

Cõplicitas tatis. f. t. i. ꝯcors int͛ duos vel plures doloſitas in malo ꝯſenſus

Cõploſus a ũ i. cõcuſſus vel cõiunctus

Cõplutus a ũ. i. pluuia irrigatus. Vñ Amos iiij. Pars vna cõpluta eſt. ⁊ ps ſupꝰ quam nõ pluit aruit. Inde cõpluuiũ. ⁊ eſt loc⁹ ad quam multe pluuie ꝯfluũt vel cõpluũt

Cõpos otꝭ. i. cõpetẽs aſſecutor ſui voti cui oĩa ſuccedũt ad votũ. ⁊ eſt cõ. ge. xxli. ⁊ ꝯſtructiõe ge. oĩs. Vñ Boetius. Conſtat eternũ bonũ eẽ ſui cõpos

Cõpotor oris. ⁊ cõpotrix. i. ſil' vel luxurioſe potans. Et cõpotator ⁊ cõpotatrix idem. ſ. ſil' potans. a compoto as are

Cõpotus ti. m. s. i. numeratio vel numeri aſſignatio vel doctrinalis ars. ⁊ dr̃ a computo as vel cõputor aris. Antiqui tñ dicebãt computus ſicut exigit deriuatio qđ nos abhorremus propter vocis abſonantiã. Inde hic ⁊ hec cõpotiſta. ſte. q̃ docet cõpotũ vel q̃ vacat cõpoto

Cõpromiſſarius dr̃ cui ſimpliciter vel ad tempus cõmittit͛ vt eligat vice eoꝝ q̃ cõpromittũt vt de elec. q꞉ propter

Comptus a ũ. i. ornatus planatus. a como comis. Vñ Ouidi⁹. Sint procul a nobis iuuenes ⁊ femina compti.

Compunctio onis. f. t. eſt peccatoꝝ cuȝ merore recordatio

Conamen nis. n. t. i. niſus temptatio. a conor conaris.

Conatus us ui ⁊ conatus a ũ adiectiue. i. niſus temptatus

Concha. f. p. dr̃ a cauo. eo ꝙ ſit caua. vel q꞉ deficiente luna cauat͛. i. euacuat͛. Et inuenitur concha ꝓ quodã terreo vaſe. ⁊ ꝓ teſta cuiuſdã piſcis. ⁊ pro ipſo piſce q̃ñq̃ȝ inuenit͛. Item nota multa eẜe genera cõcharũ. inter q̃s margaritifere habentur q̃ ⁊ cochlee dicũt͛. in q̃rũ carne ꝑciosus calculus ſolidat͛. ⁊ dicũt ꝙ nocturno tẽpore littora appetũt ⁊ ex celeſti rore margaritas ꝯcipiũt. Itẽ concha generalit͛ appellatur oĩs piſcis teſtã hñs

Concentus us ui. i. cõuenientia ⁊ concordantia ⁊ ꝓprie in cantu. ⁊ dr̃ a cõcino is ſm Hu. Pap. dicit. Cõcent⁹ cant⁹ mixtus. i. ſimphonia. a cõcino. Concentus etiã celi dr̃ a q̃buſdã eẽ. i. conſonãtia planetarũ. Concentus etiã dr̃ cantus continuus ⁊ laus bonoꝝ. Unde Job. xxxviij. Concentũ celi q̃s dormire facit

Conceptaculũ li. loc⁹ ꝯceptiõis. a concepto as

Conceptio dr̃ quaſi ſil' captio. ⁊ ẽ ꝯceptio q̃dã ſpẽs allothece q̃ alio noĩe dr̃ ſilenſis

Conceſſio eſt apud rethores cũ reus nõ id qđ factũ eſt defendit. ſed vt ignoſcat͛ poſtulat

Conceſſio facta alicui de aliq̃ re reſpicit ꝑſonã cui fit non autẽ ipſam rem. adeo ꝙ finit͛ morte ipſius cui facta eſt. nec ad heredes ei⁹ trãſmitit͛ niſi in ipſa ꝯceſſiõe fiat mentio de heredib⁹ . l. cũ ſeruus. §. ſi q̃s. ff. de le.

Concidentia tie q̃ſi ſil' cadentia. vt cõcidentia generꝫ ẽ. cũ diuſa genera ſil' cadũt in eadẽ voce

Conchile lis. n. t. vel conchiliũ. n. s. i. piſcis q̃ latitat in cõcha. de cui⁹ ſanguine tingit͛ lana. ⁊ fit purpura. Vñ ⁊ q̃ñq̃ȝ ponit͛ ꝓ tali tinctura. q̃ñq̃ȝ ꝓ vitijs q̃ coinq̃nant ⁊ tingunt ⁊ inficiunt ad modũ illi⁹ tincture. q̃ñq̃ȝ ꝓ inq̃natis ⁊ ſordidis ⁊ tinctis tinctura vitiorũ. Vñ Iuuenalis ꝓ vitijs vl' vitioſis illud ponẽs ait. Horũ ego nõ fugiã conchilia

Conchileg⁹. m. s. dr̃ qui conchilia legit. i. colligit. ⁊ dr̃ a choncha ⁊ lego

Conciliabulũ li. n. s. dr̃ a cõciliũ q̃ſi conſiliabulũ vel loc⁹ in quo accipimus conſilia. vel locus in quo multi hoĩes ſunt ſui iuris

Conciliũ. n. s. dr̃ a cõ ⁊ ciliũ q̃dã ſil'itudine ciliorꝫ. q꞉ ſic cilij iungunt͛ cũ oculi q̃ſcere cupiunt. Ita quoq̃ȝ concordit͛ iũgũt͛ hoĩes in ꝯſilio. ⁊ ẽ tractum a romano more. Tempore eñ quo cauſe agebantur ꝯueniebãt oẽs in vnum ⁊ cõi intentione tractabãt. Unde ⁊ concilium a cõi intentiõe ⁊ a cõi ꝯuentiõe dictum eſt q̃ſi ꝯſilium ⁊ q̃ſi conſidiũ

Concinn⁹ na nũ. i. ꝯcors affabilis benignus. in q̃ mores ꝯcorditer compoſiti ſũt ⁊ cõmixti ⁊ dr̃ a con ⁊ cinnus: Jñ concinne aduerbiũ. ⁊ hec cõcinnitas tatis. i. cõcordia congruitas.

Concionabulũ li. n. s. i. cõciliũ vel locus cõciliorꝫ. Vñ in decretis Innocen. pape. Si ſtatim decederes de tuo peſſimo cõcionabulo.

Cõcipio onis. f. t. a cõcipio is. Et ſũt ꝯcipiões q̃dã ſtelle q̃ concipientib⁹ aptant͛ ⁊ fauent

Conciſio onis.f.t.pe.cor.q̄ſi ſil̄ ceſio.a concido
is.vñ Phil.iij. Videre cōciſionem
Concitariū rij.n.s.i.donū impatoris.a cōci/
to tas.q2 cōcitat aīos militū ad obediēdū ei
Conclauis uis.f.t.vel cōclaue.n.t.a con ꝛ cla
uis.i.cella vel thalam⁹ camera ſecreta ſub cla/
ue dom⁹ alterius clauſa vel que ſub multꝫ cla/
uibus ꝯtinet̄ ꝛ ad quā ꝑ multas claues venit̄
Vñ.iij. Regū.iiij. Ille dormiebat ſup lectum
ſuū in conclaui
Concordia die.f.p.i.cōuenientia cū aliquo pa/
cificato.ꝛ dr̄ a concors. Item ꝯcordia eſt co/
lor rethoricus.ꝛ fit qn̄ fines medietati verſuū
conueniūt ꝛ concordāt. vt patet in verſib⁹ leo
ninis. Fac tibi fortunā feſtines frangere lunā.
Et cōtra fatum faciet te cura beatum. Inde cō
cordioſus a ū.
Concors cordis.o.t.q̄ſi vni⁹ ꝛ eiuſdē cordis.
Inde concordit̄ aduer.
Concretus a um.participium a contreſco ſcis
.i.coagulatus vel cōmixtus creſcendo. vel ſi/
mul cretus. Sed concretus a concerno.i.con
iunctus conglobatus
Concuba be.cō.p.q̇ vel q̄ cū alio cubit vel cu/
bat.a concubo as.vel a concūbo is.
Concubina ne.f.p.q̄ ad vſū veneris nō legitīe
tenet̄.ꝛ dr̄ a concubo as.vel a cōcūbo is. Inde
cōcubinula le.i.ꝑua concubina. Et hic ꝛ h̄ cō
cubinalis ꝛ h̄ le.ꝛ cōcubinari⁹ a ū. in eodē ſen
ſu.qđ ad cōcubinam ꝑtinet.ꝛ h̄ concubinat⁹
us ui.talis proprietas
Conchula le.f.p.i.ꝑua concha. Et cōchula dr̄
q̄dam menſura que drachma ꝛ dimidia eſt
Concurrēs ſm q̄ ſumit̄ a compotiſtis ē ſuper/
creſcētia vni⁹ diei vel pluriū ſup q̇nq̄gintadu/
as ſeptimanas vel pluriū. ideo dr̄.q2 in anno
biſextili ſupcreſcūt duo dies. In reliq̇s ꝟo an
nis vn⁹ tm̄. Vñ. Hebdomade decies q̇ne nu/
merātur in anno. Atq3 due poſt quas lux vna
due ve ſupſunt. Et ab illo incremento origi/
nem habent concurrētes.alij poſtea formantur
vno addito.ſic tū q̄ ſeptenarium numerū non
excedāt
Conch⁹ quidā lapis q̇ in concha repitur
Conditio onis.f.t.ē lex vel pactū. ꝛ dr̄ a con ꝛ
dicio onis.qđ ē prās. ꝛ tūc cōditio ſcribit̄ ꝑ c.
ſolū ſicut dicio. Inuenit̄ etiā cōditio ꝑ t ſola3
.i.conſtitutio. ꝛ tūc eſt verbale huius ꝟbi con
do dis. Vel ꝯditio deriuat̄ a ꝯdico cis ꝑi ctum
ꝛ ſubtrahit̄ t. ꝛ ſcribit̄ ꝑ ſolū c. Et ſunt condi/
tiones ꝓprie teſtiū a condicēdo q̄ſi conditio/
nes.q2 ibi nō tm̄ vnus teſtis iurat ſed plures
Nā in ore duoꝝ vel triū teſtiū ſtat omne ꝟbū
Vel conditiōes.q2 inter ſe conueniat ſermo te
ſtium quaſi condictiones ſm Hug. Papias
dicit. Conditio cōuentio poteſtas fortuna ca/
ſus exitus
Conditio ē diſpoſitionis ſuſpēſio ex euentu in
certo futuro ei appoſito. in quē euentū ei⁹ di/
ſpoſitiōis facta eſt collatio.ff.ſi cer.pe.l.itaq3.
Conditio certi ē q̄ cōpetit ex oī cā: ꝛ oī obliga/
tiōe ex q̄ aliq̇d certū petit̄ ſiue ex certo ꝯctu ſiue
incerto ſiue ex lege aq̄lia agat̄: ſiue ſuo noīe ſi/
ue hereditario obliget̄
Conditio ex lege ſm Azo.locū h3 qn̄ ſeu q̄ti/
ens ex noua lege ſurgit obligatio nec i eadē le/
ge cautū ē q̄ genere actionū expiat̄.q̄ ꝑ varieta
te cāꝝ.nūc ex ꝯctu nūc ex debito naſcit̄
Conditio furtiua cōpetit dño rei ꝯ furem ei⁹ q3
ſucceſſores ad ipſā rē ꝓſequendā vel eſtimatio
nē ei⁹ q̄nti plurimi fuerit poſtq3 ablata fuit co
q̄ fur ſemꝑ eſt ꝛ fuit in mora
Conditio indebiti cōpetit ei qui ꝑ errorē inde
bitam pecuniam ſoluit alicui credens ei ſe te/
neri cū teneat̄. vl̄ cū a ꝓcuratore ſuo ſoluta eēt
ipſo ignorante
Conditio liberationis cōmpetit ei qui qđ oīno
nō debuit promiſit
Conditio ob cām datoꝝ ſm Azo. cōpetit ꝛ lo
cū h3 vbicūq3 duo ꝯtractus inoiati interueni
unt.ſ.do vt des.facio vt facias
Conditio ob turpē cā3 ē ꝑ quā repetimus ea q̄
dedim⁹ alteri cā nō ſecuta ob quam data ſūt ſi
turpitudo tm̄ ex ꝑte accipientis verſet̄
Conditio ob cauſa3. hāc conditionē parit res
apud aliū conſtituta.ſiue ab initio ſiue iam ſi/
ue poſtea ꝓuenit ad eū ex iuſta cauſa.poſtea ad
inſtantiā redijt vt chirographū apud credito/
rē poſt debiti ſolutionē recipit
Cōditio ſine cā cōpetit qn̄ aliq̇d ꝑmo ex iuſta
cā eſt apud alteꝝ ſ3 poſtea ꝑ aliquē effectū eſſe
nō d3. Verbi grā. Mutuaſti mihi cētū feci ti
bi inſtrumētū in q̄ confeſſus ſū me tibi teneri
ſoluo tibi mō inſtrumentū obligatoriū ē apđ
te ſine cā ꝑ quā repetā ipſum
Cōditio triticaria generalis eſt de alijs rebus
omnibus competens. preterq3 de pecunia nu/
merata.ſiue ſoli mobiles ſiue immobiles ſint.
Ideoq3 fundus ꝛ vſufructus ꝛ cetere ſeruitu/
tes predioꝝ per ipſam recte petunt̄. Re3 autē
ſuam nemo petit hac actione niſi ex certis cau
ſis.vt ex cā furti vel rapine
Conditiones generales ſemper in pactionib⁹
includuntur ꝛ intelliguntur.vtpote. Si deus
voluerit. Si res in eodem ſtatu permanſeri
ꝛ ſimilia. Vt nota in gloſa verbi intelligenda

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de reſcrip. c. ij. ⁊ c. quemadmodũ. de iureiurã. cũ
ſimilibus.
Cõdilomata te. f. p. eſt quoddã gen⁹ glãdiũ in
ſtar nodoꝝ minutoꝝ. ⁊ dicit a ꝯdilus
Cõdilomaticus a um. i. nodoſus puſtuloſus.
Vñ cõdilomatica paſſio dr̃ manuũ nodoſi/
tas vel etiã alioꝝ membroꝝ que plena ſũt pu
ſtulis. ⁊ dr̃ a condilus
Condilus. m. s. i. nodus ⁊ p̃cipue qui apparet
in articulis digitoꝝ pugno clauſo. q̃ ſolemus
qñqꝫ capita pueroꝝ ꝑcutẽ ludẽdo. ⁊ maximaꝫ
inferre leſionẽ. Vñ Marcial' capella. Ictibus
crebris v̾ticeꝫ cõplicatiſqꝫ in codilos digitos
Cõditor orĩ. m. t. p. põ. deriuat vulnerabat
a ꝯdio dis. qd̾ idẽ ẽ q̾ ſaporare vel dulcorare.
Vel põt deriuari a condo dis dere. ⁊ ſic cor. pe. ⁊
idẽ eſt q̾ factor actor vel etiã abſconditor. Vñ
Conditor abſcõdit cõditor fercula condit
Conditus a ũ. me. p. venit a verbo condio dis
dire. ⁊ idem eſt q̾ ſalſus vel cõdimentĩ ꝑparatus
Sed conditus a ũ. me. cor. a cõdo is. i. factus
edificatus cõſtructus cõſtitut⁹ vel abſcõditus
Condoliũ lij. n. s. i. annulus. a condo is.
Condo donis. m. t. i. gladiator. a condo is.
Conduplicatio eſt quidã color rethoric⁹. ⁊ eſt
geminatio dictionis vel dictionũ vel oratõis
ad laudẽ vel vituperiũ alicui⁹. ⁊ nõ ꝟuat locuꝫ
qꝛ fit in p̃ncipio vel medio vel fine. vt Tu ne
p̃rem gladio crudelis nate necaſti. Tũc patrẽ
nũq̃d mors p̃ris mors tua nũq̃d
Condus di. m. s. eſt quoddam genus cyphi. a
condo is. Vel ſm Pap. Condus cyphus pa/
tera poculũ
Conſtabularius rij. qd̾ frequenti⁹ inuenit con
ſtabularius ẽ quedã dignitas vel officiuꝫ. Iñ
conſtabularia rie. ei⁹ vxor vel dignitas
Confectus a ũ. reperitur in ſex ſignationibus. ſicut
ſuũ verbum. ſcilꝫ conficio. vide infra in confi
cio. Pap. ſic dicit. Cõfecta debilitata imunita
examinata
Confeduſtus a ũ. in eodem federe cũ' alio con
iunct⁹. ſ. ſocius conſors cõmanipularius con/
ſodalis collateralis cõcomes collega conſoci⁹
contubernio concubinari⁹ conuictuarius colla
terenſis. a confedero ras.
Confert⁹ a ũ. i. ſpiſſus conſtipatus repletus. a
cõfertio is. Pap. dicit. Conferta in vnũ colle
cta plena compata conſociata. Lu. vi. Menſu
rã bonam ⁊ confertã coagitatã ⁊c.
Confinis cõ. t. ⁊ hoc ne. pe. p. i. vicinus eundẽ
habens finẽ. Inde cõfiniter aduerbiuꝫ. Et hec
confinitas tatis. ⁊ hoc confiniũ. ambo pro vi
cinitate. vel locus vbi fines duarum terrarum
cõueniũt.
Confinia dicunt que a deo ſunt ꝓxima vt nul
lus paries inter ea ſit. Vñ predia vrbana q̃ cõ
ſueuerũt parietib⁹ diſtingui. ꝓprie non dicun
tur cõfinia ſed potius vicinia: Predia ꝟo ru/
ſtica p̃nt dici confinia. qꝛ ſolo p̃tis finalis ſũt
diſtincta.
Confirmatio eſt iuris p̃ri⁹ habiti corroboratio
vt colligitur de fi. inſtru. c. iter dilectos. Alio
mõ eſt ſacramentoꝝ miniſtratio. ſ. in fronte cri
ſmatis aſſignatio
Conflages. f. p. i. loca montuoſa ad' que multa
confluũt flamina ſiue venti. ⁊ facit gtũs ij. cõ
flagiũ. ſicut naues nauiũ.
Conflatoriũ rij. n. s. locus vbi fit ꝯflatio. a cõ
flo as. Vel conflatoriũ dr̃ vbi ferrum vel argẽ
tum conflatur
Conflictus us ui. i. bellũ pugna. Inde ꝯflicta/
tio onis. cunctatio contentio pugna vel verbo
rũ. Vñ. i. Thimo. vi. Conflictationes hoium
mente corruptoꝝ
Conformis cõ. t. ⁊ hoc me. i. vni⁹ ⁊ eiuſdeꝫ for
me. Iñ conformiter aduer. ⁊ hec cõformitas
Confoſſus a ũ ꝑ geminũ s. q̃ſi ſil' foſſus iacu/
latus vulneratus. a cõfodio dis.
Confotus a ũ. i. ſil' fotus. a confoueo. Vñ Iſa.
lxix. Et qd̾ confotũ eſt erũpet in regulum
Confragus a um. i. tenebroſus tumuloſus vel
potius aſꝑ ⁊ ſpiſſus condenſatus confractiõe
ramoꝝ aridoꝝ. ⁊ dr̃ a confringo. Vel ſꝫ Pap.
Confraga dicuntur loca vbi vndiqꝫ venti cur
rũt ac frangũt ſe
Confrater tris. a con ⁊ frater componitur. Et
dicuntur confratres. quaſi ſimul fratres/ ſiue in
eccleſia ſiue in alio loco vel conſortio. ſiue etiã
ſm carnẽ
Confratriſſa ſe. f. p. i. conſoror vel congregatio
confratrũ vel conſoroꝝ
Confreſus a ũ. i. confractus contritus cõcuſ/
ſus. ⁊ dr̃ a cõfrendeo des.
Confuga ge. con. p. ſil' cũ alio fugiens
Confugiũ gij. vel confugela le ſecuritas ⁊ tu/
tela vel adiutoriũ vel locus refugij
Conger vel congr⁹ gri. quidã piſcis ſimilis an
guille ſed grandis ſed morat in cauernis pe/
trarũ ſub aqua
Congeries riei. f. g. i. cumulus
Congeſtus ſta ſtũ. i. ſil' geſtus congregat⁹ accu
mulat⁹. Sꝫ ꝯgeſt⁹ us ui. cõgeries accumula°
Cõgiariũ rij. n. s. i. bñficiũ donatio imꝑatorĩ
qꝛ q̃libet ĩꝑator fauorẽ ppl'i captãs adijciebat
vt largior videret in donis. Et etiã ꝯgiariũ dr̃
fruſtũ carnis vndiqꝫ eq̃tũ. Et h̾ ⁊ h̾ congialis



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ hͦ le.i.rotundū

Congius.gij.m.ſ.genus eſt menſure. ſcilʒ ſe/
xtarioꝛum

Congruus a ū.i.ꝯueniēs.⁊ dr̄ a ꝯgruo is

Cohibentia tie.i.aſſenſus.idē eſt ⁊ cōueniētia
⁊ collibētia. vt ille ſine cōhibētia vel cōniuen
tia vel collibētia frēm receſſit.i.ſine aſſenſu

Coniectoꝛ oꝛis.m.t.pe.pd.tā in ntō q̄ʒ in obli
q̄s dr̄ interp̄s vel cōiectaris ꝑitus ſacrilegus
diuinus.⁊ dr̄ a cōycio is. Vñ Geñ.xi. Vt cō
iecturis veritas ꝓbaret

Coniectura re.f.p.iudiciū ſuſpicio opinio ſu/
ſpicioſa cogitatio vel eſtimatio. Jñ hͦ ⁊ hec cō
iecturalis ⁊ hͦ le. qđ coniectura aliqua ꝑꝑdit
vel habet.vel qđ ꝯiectura cōſumit. Jnde cōic/
cturaliter aduer.q̄ſi opinatiue. Jtē cōiectura ē
veriſi̾lis rō ſuſpicionē inducens. nō de neceſſi
tate ꝑſonā vincens

Conifer ra rū.pe.coꝛ.i.ferens conos

Coniuentia tie. vide ſupra cōhibētia

Cōiugatio onis.f.t.i. verboꝝ conſequens decli
natio.⁊ dr̄ a cōiugo as.q꞉ ꝑ conſonantes cō/
iugatas.i.affines ⁊ cōſi̾les apud grecos diſcer
nit cōiugatio.⁊ hec oꝛō ad grecos ſpectat. Vel
dr̄ declinatio v̄bi ſic.q꞉ plurima verba ꝯiugan
tur in ea.i.ſub eadē declinatione ponunt.⁊ hec
oꝛō ꝑtinet ad latinos

Cōingiū.n.s.dr̄ legitimarū perſonarū inter ſe
coeūdi ⁊ copulandi ꝯtractus. vel legitima vi/
ri ⁊ mulieris cōiūctio indiuiduā cōſuetudinē
vite cōtinens.⁊ dr̄ a cōiunx

Coniug⁹ a ū.i.eiuſdē iugi vel ſub eodez iugo
poſit⁹.⁊ dr̄ a con ⁊ iugū. Jdē ⁊ ſyniug⁹ a ū. qđ
ſi̾liter cōponit a ſyn ⁊ iugū. Vñ q̄dā ꝓnoīa ab
Ariſtarco dicunt cōiuga vel ſyniuga.i. eidem
iugo certitudinis vel diffinitiōis ꝑſonarū ſb/
iacentia. Et cōponit cū in. vt incōiugus a ū.i.
diſſi̾lis nō eiuſdē cōiugij

Cōiunctio.f.t.i.quedā ꝑsoꝛōnis indecli.cōiū
ctiua aliarū ꝑtiū oꝛōnis q̄b⁹ ꝯſignificat. Con
iunctio etiā dicit q̄dā coloꝛ rethoꝛicus ⁊ ē cū
due clauſule claudūt ſub vno v̄bo poſito ī me/
dio. vt Aut etas foꝛme decus atterit. aut vali/
tudo.i.infirmitas

Coniunx gis cō.t.ſcđm quoſdā cōponit a con ⁊
iugū.⁊ dicunt cōiuges q̄ſi eiuſdē iugi. a iugo
qđ imponit matrimonio coniugendis ⁊ quo
copulant ne ſeparentur. Vel dicunt cōiuges.
pe.coꝛ.a cōiungo is.q꞉ ſunt cōiuncti. Et hʒ n
in ntō ⁊ nō in obliq̄s

Conopeū.n.s.rete q̄ culices vel muſce excludū
tur in modū tectoꝛū. quib⁹ alexandrini magis
vtunt.q꞉ ibi ex nilo culices copioſi naſcunt

Conſanguinitas ē vinculū ꝑſonarū ab eodem
ſtipite deſcēdētiū carnali ꝓpagatione ꝯctū. Et
dr̄ cōſanguinitas a con ⁊ ſanguis.q̄ſi cōez ſan
guinē hn̄tes vel de vno ſanguine procedētes.
Et ſcias q̄ ſcđm canones duo frēs ſūt in primo
gradu filij duoꝛū fratrū in ſecūdo. nepotes in
tertio. ꝓnepotes in q̄rto. Gradus autē eſt ha
bitudo ꝑſonarum diſtantium, quo cognoſci/
tur quota generationis diſtantia due perſone
inter ſe differant

Conſciētia.f.p.i.cognitio coꝛdis ſuiipſi⁹

Conſcius a ū dr̄ a conſcio ſcis.qđ eſt ſi̾l ſcire ⁊
ꝓprie in malo. Vñ quidam. Conſci⁹ ipſe ſibi
de ſe putat oīa dici

Conſectane⁹ a ū.q̄ ſimul ſectatur.⁊ dr̄ a conſe/
ctoꝛ aris. vel ꝯſectane⁹ eiuſdē ſecte

Conſentane⁹ a ū.q̄ facile conſentit. vel conue/
niens congruus

Conſentes pl'is numeri ſunt dij ſibi vel bonis
conſentientes. vel conſentes quaſi coeſſentes.
q꞉ diuina eſſentia cui ſemꝑ aſſiſtūt ſemꝑ refici
unt. Hi ⁊ conſentanei dicunt

Conſeptū.n.s.i.ambitus locus circūcirca clau/
ſus.a cōſepio is. Vñ.iiij. Regū.xi. Ducite eā
extra conſepta templi.i.extra ambitū vel clau/
ſurā templi

Conſeruatoꝛ ē iudex datus ad defendendū ali
q̄s ꝯ manifeſtas iniurias. iudiciali indagine
nō vtens. de offi. dele. ſtatuim⁹. li.vi.

Conſiliū lij.n.s.qđ ex aī prouidētia alicui tri
buit. Jnde hͦ conſiliolū lij.i.ꝑuū conſiliū. Et
cōſiliarius a ū. Et cōſiliatoꝛiū locus conſilio/
rū. Jtē conſiliari⁹ qui cōſulit. vel ſecretari⁹. ſi/
cut dei fili⁹ dr̄ conſiliari⁹ patris.i.ſecretari⁹. q꞉
oīa ſecreta eius ab eterno nouit

Conſiſtoꝛiū.n.s.i.veſtibulū portic⁹ loc⁹ ad cō
ſiſtendū. Vñ Heſter.v. At ille ſedebat ſuꝑ ſo
liū ſuū in conſiſtoꝛio palacij ꝯ oſtium domus
Vel' conſiſtoꝛiū idē eſt q̄ pretoꝛiuz vel tribu/
nal.ſ.locus in quo ius reddit ex moꝛe

Conſobrini vocati ſūt qui aut ex ſoroꝛe ⁊ fra/
tre. aut ex duabus ſoroꝛibus ſūt nati. quaſi cō
ſoꝛini.ſed ſobrini ſunt conſobrinoꝝ filij. Vñ
Hi conſobrini q̄s genuere ſoroꝛes.

Conſoꝛs con.t.i.ſocius eiuſdem ſoꝛtis. Jnde
hoc conſoꝛtiū.n.s.i.ſocietas

Conſꝑſio onis.f.t.eſt farina ꝑ quā conglutina
ta ſine fermēto. Jdē eſt ⁊ azima. Vñ Coꝛinth.
.v. Vt ſitis noua conſꝑſio ſicut eſtis azimi

Conſꝑſus a ū.i.infuſus repletus

Conſpicillū.n.s.locus ad conſpiciendū apt⁹

Conſpicuus a um.i. aptus ⁊ habilis ad con/
ſpiciendum. vel ſpecioſus preclarus altus. Et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

conſpicax. o. ge. in eodē ſenſu vel ſubtus ad cō
ſpiciendū. Jn conſpicacia. cie. et hec cōſpicaci/
tas. tatis. ſpecies vel ſubtilitas vł aptitudo vi
Conſpiratio ē qdā fraudulenta ꝯſe   dendi.
deratio facta in pͥudiciū alicuꝰ pſone vł dig
nitatis. xxij. q. ij. ſi qͥs laycus. et eſt palea.
Conſtantinopolis ciuitas qdā impialis ē in
grecia. Jn̄ ⁊ ꝯſtantinopolitanꝰ. a. ū. de illa ciui
Cōſtellatō. onis. ſepe ponit ꝑ ipo ſi   tate.
gno ſtellarū ſm Hug. Pap. dt. Cōſtellatōes
latini vocāt ſupſtitiones mathematicoꝝ. i. no
tationes ſiderū. quō habeat ſe vnuſquiſqꝫ.
Cōſternatus. a. ū. i. territus. cōturbatus. Con
ſternatus ꝓprie mente. ſtratus vero corpe.
Cōſtitutio vł edictū ponit ꝑ eo qd rex ꝯſtituit
vł edicit vł facit. ⁊ ſm hoc ſic deſcribit. Eſt ius
relatū in ſcriptis redactū.
Cōſtitutiones etiā pn̄t dici qd facit ecclia vel
congregatio aliqua religioſoꝝ.
Cōſtitutor dr̄ q̄ ꝑ alio ſe ſoluturū pmittit vel
aliqua facturū et alterius in ſe transfert vł ſu
ſcipit obligationē.
Cōſtructio. f. t. i. edificatio. ordinatio. ꝑpara/
tio a cōſtruo is. Jn̄ cōſtructiuꝰ. a. ū. ⁊ hic ⁊ hec
ꝯſtructibilis. et hoc le. ſm vero Pap. Cōſtru/
ctio a multitudine lapidū et lignoꝝ dicta. et
ſtrue. qd ē cōpoſitō. Jtē cōſtructio ē quedā di/
ctionū cōgregatio. vt Sortes legit Virgiliū.
qd etiā dr̄ oratio. ⁊ etiā locutio. ſicut cōſueuit
dici. Sortes legit Virgiliū. Hec ē vna ora/
tio. vna conſtructio. et vna locutio.
Cōſubſtantialis. ꝯ. t. et hoc le. i. eiuſdē ſubſtā
tie. Vn̄ filius dei dr̄ conſubſtantialis patri qꝛ
eſt vnꝰ ⁊ eiuſdē ſube ⁊ nature ſecū. i. cū patre.
Cōſuetudo eſt ius quoddā moribꝰ ꝯſtitutum
qd ꝑ lege ſuſcipitur cū deficit lex. vt. i. diſ. con
ſuetudo. Que eīm in ſcriptis redacta ē. vocat
lex ſiue conſtitutio. que aūt in ſcriptis nō ē. re/
tinet nomē ſuū cōſuetudo diſ. i. ꝯ. cū ergo.
Conſul olim dicebatur ſenatus. magiſtratus.
vt. ff. de ſena. et Jnſti. de iu. na. gen. et ciui. Ho
die aūt dr̄ a cōſulendo. qꝛ reipublice cōſulit.
Jnde ꝯſulatus. us. ui. et hic et hec ꝯſularis. ⁊
hoc re. id eſt dignus conſulatu. Et ꝑ cōpoſitio
nē ꝓconſul. lis. loco cōſulis poſitus. Exon/
ſul lis. i. extra cōſulatū poſitus cū eū prꝰ ha/
buerit. ſicut dicit Hugꝰ. Jſidorus vero dicit.
ꝙ ꝯſules appellati ſunt a conſulendo ciuibus
vel a regendo cūcta cōſilia. Excōſules aūt di/
cuntur qui iam a conſulatu exierint ſiue diſceſ
ſerint pacto vicis anno Proconſul dr̄ q̄ vices
conſulis fungitur.
Conſultus. a. ū. qui conſulit vel diſertus ⁊ cū

conſilio Pap. dicit. Conſultus interrogatus.
conſulturus interrogaturus. Conſultum ꝓui
dentia. conſilium placitū. Conſultus etiā di/
citur cauſidicus. Jtē conſultus qui conſilium
a conſulto accipit. qui ⁊ dr̄ conſultor. Vn̄ Cō
ſultor poſcit. qd conſultus bene noſcit. Con/
ſultor rogitat. conſultus conſilium dat.
Conſultatio dicitur in qua alicui papa de iure
reſpondet.
Conſummatio. onis. f. t. i. completiō. et dici/
tur ꝓprie in bono. ſed conſumptio id eſt deua
ſtatio. et ſumitur in malo. Vn̄ Conſummare
mea volo. ſed conſumere nolo.
Conſummatus. a. um. id eſt ad finem perdu/
ctus vel cōpletus.
Conſummator. i. ꝑficiens vel finiens.
Conſumptus. us: ui. et conſumptio idem. ſ. de
uaſtatio et expenſio inutilis.
Conſumptor. oris. m. t. id eſt expenditor inu/
Conſutilis. lis. cō. t. et hoc le. dr̄ a cō   tilis.
et ſuo. et cōponit cū in. vt incōſutilis vn̄ Joh.
xix. Erat aūt tunica inconſutilis.
Contagiū. gij. n. s. ⁊ hec contagio. onis. in eo/
dem ſenſu. i. labes. putredo. lues. vel morbus
pecoꝝ ſiue ouiū. ⁊ dr̄ a cōtingo. is. qꝛ contactu
vnius totus grex corrumpit. Vnde. Contagi
um dr̄ morbus: qꝛ quicquid tetigerit polluit
Jnde contagioſus. a. ū. i. ſordidus.
Cōtemplatiuꝰ. a. ū. qui moratur in cōtēplatō
ne vel ad cōtemplationē pertinens.
Contemporaneus. a. ū. i. cū tpe veniens. vł ſil
in tpe exiſtens vel veniēs. vel eiuſdem tpis.
Contemptibilis. lis. ⁊ hoc le. i. contemptui ha
bilis. et venit a contemno.
Contemptus. a. ū. i. ſpretus. repulſꝰ.
Contentio. onis. f. t. i. pugna. diſceptatio. Et de
ſcribitur ſic. Contentio ē impugnatio veritatꝫ
ex confidentia clamoris: Jtem contentio eſt q̄
dam color rhetoricus: et fit qn̄ contrarijs rebꝰ
oratio conficitur. vt Jn luctu rides. inter con/
uiuia luges. Vrbem rure cupis. laudas bona
ruris in vrbe.
Contentioſus ſa. ſum. qui nō rōne aliq̄d ſꝫ ſo
la ꝑtinacia contendit. vel dr̄ litigioſus.
Contētus. a: ū. i. patiēs. ſufficiēs pauco. ⁊ venit
a cōtineo. nes. Poteſt etiā deriuari a cōtendo
⁊ tūc idē ē qd ſil tētꝰ ſiue tenſꝰ. Jnuenit etiā cō
tēptꝰ. i. ſpretꝰ. Vn̄ Cōtēptꝰ ſpretꝰ. cōtētꝰ ſuffi
ciēs ē. Primū cōtemnor dat cōtineoqꝫ ſecūdū
Conterminꝰ. a. ū. i. vicinus. coniunctus. Jnde
hic et hec conterminalis. et hoc le. id eſt confi/
nalis. Et conterminū. i. vicinitas.
Cōternans. antis. dr̄ ille q̄ eſt in cōpletōe ter/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cū anni. Vñ dr̄ cōternās q̄ſi cōplēs terciū an
nū q̄i triēnis vl' q̄ſi triū annoꝝ etn̄s. vñ Eſa.
xv. Vectes eiꝰ vſqꝫ ad ſegor vitulā ɔternātē. i.
vitulā triū ānoꝝ. vl' ſegor ciuitatē q̄uā dr̄ vi/
tulā ɔternātē. i. robuſtā. q2 ſm glo. aīalia ſunt
robuſta tercio anno. ſicut hō in. xxx. āno. Hie
re. xxxviij. dr̄. A ſegor vſqꝫ ozonā vitulā ɔter/
nantē vbi quidā falſi libri hn̄t ɔſternantem.

Conticiniū. nij. n. s. tp̄s noctis dr̄. q̄n cuncta
ſilent. et dr̄ a conticeo ces.

Cōtignatio. onis. f. t. i. tignoꝝ ɔiūctio. vel co/
aptatio in edificio. et dr̄ a cōtigno: as. qḋ ē ti/
gna cōponere et cōiungere. coaptare in ſtructu
ra edificij. Vñ Tectū tigna ferūt q̄ ɔtignario

Cōtiguꝰ. a. ū. i. viciꝰ. ꝓximꝰ. a. ɔtin ) ɔtīgit.
go. gis. q2 ɔtingit domū alteriꝰ. Jn̄ contigui/
tas. i. vicinitas. Sꝫ ɔtinuꝰ ē viciꝰ ſine inter
poſitione. eo q̄ ſil' teneaṫ. et deriuaṫ a contineo.
es. Vñ aqua in vaſe ē vaſi ɔtigua. ſꝫ nō ē con/
tinua ei. ſed aqua aque. quia terminꝰ idē natu
ra ſm ph̄m in. v. phyſicoꝝ. Cōtigua ſunt quo
rū vltia ſunt ſil'. Cōtinua aūt q̄ꝝ terminꝰ idē
et vnus eſt vtriuſqꝫ que tanguṅt.

Cōtinēs. o. t. i. caſtꝰ. abſtinēs. Jn̄ ɔtinētia. ab/
Cōtiq̄a. i. ibrū collectio. q̄ſi ) ſtinētia caſtitas.
ɔtinens aquā ex quibꝰ videtur componi.

Cōtractio. onis. f. t. ē collectio. ɔſtrictio: abbre
uiatio. vel decurtatio. vñ Ezech. vij. Ecce veit

Cōtractꝰ. vēditio. locatio. et ce/ ) ɔtractio.
tere ſpēs conductionis ſm Pap.

Cōtractꝰ ē duoꝝ vel pluriū in idem ɔ̄ſenſꝰ Et
poniṫ q̄nq3 ꝓ oī pacto cōuentione. vel q̄ſi con/
tractu. vt ſi q̄s geſſit alteriꝰ negocia vel tutelā
Jōq3 dicimus q̄ paciſcēdo diuerſas in vnum
trahimus volūtates. Vñ emptiones. cōductō
nes et ſilia ɔtractus dicimus qui aīo obliga/
tionis ex ɔtractu naſcuntur.

Cōtrarius. a. ū. i. aduerſarius. Cōtrariū etiam
eſt quidā color rhetoricus. et fit exquo animꝰ.
ex diuerſis rebus efficiṫ certus. vt Qui ſibi nō
parcit q̄uo mihi vel tibi parcet.

Contribulis. cō. t. et hoc le. i. eiuſdem tribus.
et dicitur a con. et tribus.

Contritio. onis. i. ſil' tritio. vel ex toto tritio. ⁊
deriuaṫ a cōtero. is. Et ſic deſcribitur. Eſt do/
lor de pctīs aſſumptꝰ cū ꝓpōſito ɔfitendi et ſa/

Cōtrouerſia. ſie. dr̄ q̄ſi cōtraria ver ) tiſfaciēdi
ſio. ⁊ ē ɔtrouerſia negociū. certamē. queſtio cō/
tentio. diſceptio. collatio. comparatio.

Cōtuberniū. n. s. dr̄ tabernaculū vel ſocietas
vel ad tp̄s coeūdi ɔuētus. et dr̄ a con. et taber/
na. q2 ſicut illi qui in taberna ɔueniūt ad tp̄s
cōmanēt et cito diſſoluūtur. ita contuberniū
ꝓprie ſumēdo cito diſſoluiṫ pacto ſcꝫ negocio
ꝓ quo ad ɔtuberniū ɔuenitur. Jnde ɔtuber/
nio: onis. i. ſocius cōmilito qui eſt in eodē cō/
tubernio cū alio. Et hic et hec contubernalis.

Cōtumax. o. t. i. ſupbus. iniurio ) et hoc le.
ſus vel repugnatiuꝰ. vel inobediēs. vel dr̄ con
tumax. q2 ɔtemnit et negligit. et dr̄ a cōtumeo
es. Et cōponitur cū. p. vt pcontumax. i. valde
cōtumax. Jn̄ ɔtumaria. cie. et eſt erga iudicem
vel platū cōmiſſa inobedientia Jn̄ et cōtuma
citas. tatis: i. ſupbia. iniuria: repugnātia. con

Cōtumelia. lie. f. p. i. iniuria. vitupe ) temptꝰ
riū graue ɔuitiū. et dr̄ a cōtumeo. es. Jdem et
cōtumia. mie. Jn̄ ɔtumelioſꝰ. a. ū. qui audax ē
et tumet verbis iniurie. et ſupbie. vel qui con/
tumelias et conuitia inijcit.

Contus. ti. m. s. quoddā genꝰ teli. et ꝓprie qḋ
ferrū nō habet. ſed ē acuta cuſpide longū ſicut
particā pacuta quā portant ruſtici loco haſte:
Contus dr̄ etiā inſtrm̄ cū quo piſcator piſcaṫ
vel ſciſcitatur aquā inquirēdo piſces.

Cōuallis. f. t. i. magna vallis. vel loca terrarū
depreſſa inter montes.

Cōnubiū. bij. n. s. i. cōiugiū nuptie vel ɔiūctō
viri et femine. Jn̄ hic et hec cōnubialis ⁊ hoc
hoc le. vñ Virgilius. Cōnubio iungā. ſtabili.
ꝓpriamqꝫ dicabo.

Cōuena. cō. p. i. ſimul cū alio veniens. vel q̄ cū
alio cōuenit Vel cōuene dicuṅt aduene de di/

Cōuētꝰ. us. ui. i. tuba. cetus. ) uerſis locis.

Cōuerſio. onis. quaſi ſil' verſio. Jtē ɔuerſio ē
quidā color rhetoricus. et ē q̄n eadē dictio ifi
ne clauſulaꝝ repetiṫ. vt Qui vitiū ſpernis: te
ſpernis. friuola ſpernis.

Cōuexus. a. ū. i. vndiqꝫ inclinatus. et curuatꝰ.
q̄ſi cōuerſus. ⁊ dr̄ a cōueho. i. q2 vndiqꝫ vehiṫ
in circūitu ad viſum. Jn̄ hec cōuexitas. tatis. i.
curuitas. rotunditas ſicut et celi. Vel ſm Pa
pi. Cōuexa dicuṅt extrema celi flexa.

Conuicaneus. a. ū. i. conuiciꝰ.

Conuicanꝰ. a. ū. idem eſt ſcꝫ cōuicinus.

Cōuictor. toris. m. t. q̄ ſil' cū alio viuit. et tunc
diciṫ a cōuiuio. is. vl' ɔuictor q̄ſi cū alio victor
et tunc deriuatur a cōuinco cis.

Cōuitiū. tij. n. s. i. cōtumelia. vitupium. vl' op
probriū. iniuria. et videtur q̄ debeat ſcribi. p. c
ſicut viciū. qḋ deriuaṫ a vinco. cis ſm. Hug.
Alij dicūt q̄ vitiū deriuatur a veto as. i. cōui/
tiū a cō. ⁊ vita. et ſic debet ſcribi p. t. ſicut veto
et vita. ⁊ hoc verius videtur. Jn̄ cōuitiolū. li.
cor. i. paruū conuitium.

Cōuiua. ɔ. p. dr̄ qui cū alio viuit. et comedit ⁊
ꝑducat vi. Vñ Oratiꝰ in epi. Tres mihi con

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

niue prope diſſentire videntur.
Conuiuariū.n.s.ē locꝰ in quo q̄s cōuiuatur. quod et conuiuatoriū dicitur.
Cōuiuiū.n.s.i.lauta comeſtio et magna. Inde conuiuiolū dimi.i.pūū cōuiuium.
Conuotus.a.ū.i.eodē voto aſtrictus. ⁊ dr̄ a con et votum.
Conꝰ.ni.m.s.i.ſummitas galee. vel curuatura que ſup galeā ponitur. ſup quaꝫ ſunt criſte. a conō grece qđ dr̄ latine acuta vel alta rotūditas. Vn̄ ⁊ conō dr̄ figura q̄ ab amplo incipit et in acutuꝫ finitur ſicut ortogonū
Cophinariꝰ.rij.m.s.q̄ cophios facit vl' vēdit vel portat.
Cophinꝰ.ni.pe.cor.dr̄ a cauo. as.q̄ſi cauꝰ eoꝙ ſit cauꝰ Et vt dr̄ Pap. Cophinos grece corbis latine. Cophinos vas ex virgultis aptū aliquid mūdare Vel cophini ſunt vaſa ad fimū portandū. vl' cophinꝰ ē geſtatorū fimi vl' ceni. qđ quaſi idē ē. Vl' cophini ſūt vaſi viminea ad opa ſeruilia deputata. Iuxͣ illud. Manus eiꝰ in cophino ſeruierūt. In̄ cophinulus id eſt paruus cophinus
Copia pie.f.p.i.mlr̄itudo.abūdātia dicta q̄ſi cū opibus. ⁊ dr̄ a copos.i.labor qꝛ oīs ſubſtantia ex labore ꝯſtat. Nō eīn ſine labore copia haberi pt̄ In̄ copioſus.a.ū.i.locuples abūdans plenꝰ copia Quidā tn̄ dicūt ꝙ copia deriuat a cops pis. vn̄ Cops diues ferē. copia naſcit h̄ In copiola dimi.i.parua copia.
Copos grece dicitur labor latine.
Cops.pis.o.t.i diues opulentus.q̄ſi cū opibus. vn̄ quidā. Fecundus cops ē dea terre fertilis ops eſt. Fex domū ſcops eſt mūdaꝛ foſſa qꝫ ſcrops ē Inuenit etiā hec ops indecli.f.g. ⁊ tūc deriuat a copia pie et eſt idem ꝙ copia:
Copula le.i.cōiūctio. vel id qđ cōiūgit vel vinculū in collo canis. et in ſingulari ⁊ i plr̄ ē ge.f In plr̄ tn̄ inuenit neu.ge.copula.orū. Et vt dicūt in ſingulari p cōiunctōe canum. In plr̄ copula neu.g.p qualibet alia cōiūctione ſiue hominū ſiue aliaꝛ rerum.
Copularius.rij.m.s.i.vinculū in collo canis
Copulatiuus.a.ū.qđ copulare habet.
Coquina.ne locus vbi cibus coquitur.
Coquus.qui.i.qui cibos coquit In̄ coquilus dimi.id eſt paruus coquus.
Cor cordis.n.t.dr̄ a cardian qđ ē cor. qđ aūt dr̄ cor q̄ſi cuſtodia oīm reꝛ etymol'. eſt nō compoſitio et componitur cū mlr̄is. vt cōcors diſcors excors vecors ſecors vnicors. et ſic de alijs que patent locis ſuis.
Choragios grece latine villa dicitur.
Choragiū gij.i.ſuffragiū. Choragiū etiā ē ps ludi q̄n̄ ꝓuerbia dicūtur vel choragiū ē virginale ſignū vel virginalis pompa quā ſolent virgines facere in q̄buſdā locꝭ circa mortuū.ſ. chorea et quelibet chorea ſic pōt dici et tūc cōponit a chorea et ago agis. Sed corragiū per duo.r.aliud ē ſcꝫ qđ ex toto et intimo corde pꝛ̄titur et componitur a cor ⁊ ago
Coraliꝰ lij.naturā hꝫ vimīs ſub aq̄ ſꝫ detracta ſup aquā ſtati dureſcit ⁊ rubeſcit ⁊ lapideſcit. Ita occupariqꝫ ⁊ euelli retibꝰ ſolet aut acri ferrameto precidi.
Corax cis.i.coruus ⁊ tam illud qꝫ iſtud nomē hꝫ a ſono pectoris qꝛ grōnit pectore
Corban oblatio ſiue donū vel votū ſonat Matth.vij. Corban qđ eſt donū
Corbio.onis.m.t.ille qui facit vel vendit vel portat corbes.
Corbis bis.vas vimeniū quo menſurat vinū vel etiā ānona vel p qđ etiā fluit muſtū et dr̄ a curuo.as. qꝛ ex curuatis virgis cōtexitur vel dicitur a colando.
Corbita.te.pe.p.f.p.i.nauis oneraria.
Corbius bij.et hinc corbinus bini ꝓeodem. ſcꝫ ille qui duplex hꝫ cor.et dr̄ a binū ⁊ cor q̄ſi binū cor hn̄s. vl' renera q̄ ē verſipell' ⁊ icōſtās
Carbonā. vl' hec carbona.i.gazophylaciū vbi diuine oblationes reponūtur. Pap. vero dr̄ Corbonā gazophylatiū vbi pecunia ſacerdotum erat poſita. ⁊ interp̄tat oblatio. Et vt dr̄ ī hyſtorijs ſup actus aplo꜄. Corbonam erat arca in qua reponebāt donaria ſacerdotū. Muſac erat arca in qua reponebantur donaria regū. vel principū. Gazophylatiū erat arca in q̄ reponebantur donaria tranſeuntiū.
Corbulus.li.m.s.pe.cor.i.paruus corbis.
Corcula.i. iaculatrix.
Corculū.li.dimi.i.paruū cor.
Corculus.i. Tadeꝰ a corde dictꝰ. Ipe ⁊ tadeꝰ ipe eſt ⁊ Iudas Iacobi quē eccl'iaſtica tradit hiſtoria miſſuꝫ. Ediſſā ad Abagarū regem.
Chorda.de.f.p.dr̄.a cor. qꝛ ſicut pulſus cordis eſt in pectore. ita pulſꝰ chorde ē in cithara. vn̄ ꝓpheta. Laudate eū in chordis ⁊ organo
Chordatiſta.te.ↄ.p.qui vel que canit cū chorda et dicitur a chorda.
Cordatus.a.ū.id eſt ſapiens. gnauus. audax. conueniens. Vn̄ Iob.xxxiij. Viri cordati.i. ſapiētes audite me. In̄ cordate.i.ſapienter cōuenienter honeſte.
Cordex.cis.m.t.qui facit chordam. vel qui canit cum cordis.
Cordiacus. vide ſupra cardiacus.
Chordula.le.dimi.i.parua chorda.
Cordus.a.ū.i.ſerotinus. et dr̄ a cor. Unde et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vue oue tarde veniũt ad maturitatẽ corde di/
cunt̃ ſm Hug. Et Pap. dicit. Cordum ſeroti/
num quod tarde naſcitur.

Coredulus li. q̃dã auis q̃ ſtatim et citi⁹ q̃ȝ ce/
tera membra cor auis capte edit.

Choriambus. bi. eſt q̃dã pes ↄſtãs ex pma lõ
ga et duab⁹ medijs breuib⁹ et vltĩa longa. vt.
Audierãt ꝛ dr ſic eo ꝙ carmen hoc pede com/
poſitũ aptũ ſit choro canentiũ.

Coriandrum. dri. n. s. genus herbe a greco qd
illi corion dicũt ꝛ vt dicit Pap: Coriandrũ
qd greci corion dicũt cui⁹ ſemẽ dulci vino da/
tum priores reddit i venerẽ. ſi ſup modũ dede
ris amentiã facit. In cibo ſumptũ calefacit et
ſtringit et ſomnum facit.

Coriarius. rij. m. s. qui parit coria vl' qui ope
ratur de corijs. et dicitur a corio.

Corimbus. m. s. fructus eſt hedere ꝛ dr a coro
na qz inde coronabantur antiq̃ et p̃cipue poe
te vñ Ouidius. iiij. meth Et grauidus diſtig
uit tela corimbis. Corimbi etiã dicũt ãnuli.
vitis qui prima queqȝ ligant ↄprehẽdũt ne
longius laxati palmites ventorum flatibus
diſſipent.

Corinthus ti. m. t. tectura arcuũ
Vñ Stati⁹ thebeidos in. vij. Quã ſup a ter
go velox corithos et arcus. Itẽ corincus. thi.
id eſt repoſitoriũ ſagittarũ ſcȝ pharethra. Vñ
Ouidius triſtiũ In quibus eſt nemo q̃ nõ co
rinthon et arcũ. Corinthon actm̃ grecũ ptul't
p corinthũ Inuenit̃ etiã hec corinthus nom̃
ciuitatis Vñ corinthius. thia. thiũ Ad corin/
thios ſcribit. Paul⁹ duas ep'las. Et ſcribitur
per: h. in vltima ſyllaba.

Coriũ. n. s. a carne dr q̃ſi carniũ. eo ꝙ carnẽ te
gat vl' qz a carne extrahit̃. Vñ corioſ⁹. a. um. i.
corio veſtitus Vñ coriolũ dimi. i. puũ coriuȝ

Cornetum. ti. n. s. pe. pd. locus vbi creſcũt cor
ni. ꝛ dr a cornus. ni. pro quadam arbore du/
ra in fructu vel ligno.

Corne⁹. a. ũ. pertinẽs ad cornu vel de cornu ex
iſtẽs

Cornicen. nis. m: t. q̃ canit cũ cornu.
qd dicit̃ etiã hic et hec cornicens. tis. et vtrũqȝ
componitur a cornu et cano.

Cornicena. ne. f. p. pe. cor. femina que canit cũ
cornu et dicitur a cornicen.

Corniger. a. ũ. pe. cor. id eſt gerẽs cornu.

Cornipes. dis. oĩs. t. i. corneos hñs pedes qd
pro equo inuenitur. et tũc eſt. ge. maſ.

Cornix. cis. f. t. quedã auis clamoſa. ꝛ dicitur
a cornu quia clamoſa ẽ vt cornu. vel qz diu vi
uit vt cornu etiã durat. Inde cornicula id eſt
parua cornix.

Cornu dicitur a carne quaſi carneũ. qz ex car/
ne pcedit Et in ſingulare eſt indecli. In plura
li vero hec cornua. nuũ. Inuenitur etiã h cor/
nus. us. ui in eodẽ ſenſu Et nota ꝙ cornua vo
cantur extreme partes antẽnaꝝ per tropuȝ ab
aiali. Itẽ cornua vocantur extremitates exer/
citus qz in torte ſunt ad modũ cornuũ aialis.
ſed in hac ſigtione ppꝛie inuenit̃ hic corn⁹. us
ui. et p cornu militis ſil'r. Sed cornu in ſingu
lari et cornua in plurali ppꝛie ptinet ad aialia
A cornu deriuat̃ cornutus. a. ũ. et corno as. i.
cornu reſonare. et hic cornus. ni. p quadã arbo
re dure in fructu vel ligno. Vñ hoc cornũ. ni.
fructus illi⁹ arboris. Vñ Corna gerit cornus
pecudũ ſunt cornua cornu. Militis ẽ q̃n ppe
rat ſua bella gerendo. Itẽ cornu cõponit̃ hec
hec bicornis et hec ne et hic ꝛ hec vnicorn⁹. et
hoc ne: Inde corniculũ. n. s. i. paruũ cornu.

Cornicularij dicunt̃ illi q̃ gerebãt cornua. vel
aciem in bello. vel qui in aures indicũ vota p̃
tulerunt ſua.

Cornupeta te. pe cor. i. bos. vñ. Exo. xxi. Oſ
ſi bos cornupeta fuerit. ꝛc.

Cornuſtibij. tercia filia Iob. nomẽ accepit qz
cm̃ p cornu et tibiã vnũ verbũ ex vtroqȝ cõpo
ſuit. vtrũqȝ verbũ p vnã orõnis ptẽ in latina
lingua tranſfuſuȝ ẽ. quo voluit genere litter
monſtrauit ſcȝ gre.

Cornut⁹. a. ũ. i. hñs cor
nua. Et facies Moyſi erat cornuta ſicut dicit
glo. Exo. xxxiiij. ppter quoſdã radios ſplẽdoꝝ
quos humanus viſus capere non potuit.

Corolla. le. dimi. i. parua corona.

Corollariũ. rij. n. s. ẽ pmiũ alicuius certaminis.
ſcȝ corona vel aliud. vel corollariũ ẽ vñ aliq̃s
meretur adipiſci coronã.

Corona. ne. f. p. dr a chorus. quia rotunda ad
modũ chori ſolet fieri. ꝛ ẽ inſignũ victorie. vl'
regij honoris q̃ ideo in capite regũ ponit̃ ad ſi
gnificandũ circũfuſos in orbe pplos q̃b⁹ acci/
ctus quaſi caput ſuũ coronat̃ Pap. vero dr. ꝙ
corona generalit̃ dr. diadema ỽo ſpẽalit̃. Nã
geſtamẽ regij capitis. Corona ỽo q̃rũcunqȝ.
Itẽ corona dr circul⁹. Itẽ corona ẽ eccl raſura
piloꝝ in ſupiori pte capitis clericoꝝ que ꝛ cle/
rica dr. Vñ coronula id eſt parua corona.

Corpalis. ↄ. t. ꝛ hoc le. i. ad corp⁹ ptinẽs Inde
corpalitas tatis. Et cõponit̃ cũ in. vt incorpa
lis. Et vt dic̃ Priſcian⁹ Corpale nomẽ ẽ illd
qd corpeã rẽ ſigt. ꝛ i hoc pprijs ꝛ appellatis
nomib⁹. In pprijs vt Sortes. In appellati/
uis vt hõ Incorpale ỽo ẽ nomẽ illd qd i corpo
reã rẽ ſigt i pprijs ꝛ appellatis In pprijs vt pu
dicitia penoli. In appellatis vt ỽtꝰ. Itẽ cor/
porale ſubſtantm̃ neu. ge. ẽ alba palla in altari

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſup qua ponitur ſacramentū eucharistie.
Corpulentus.a.ū.i.pinguis.craſſus. Jn̄ cor/
pulentia.tie.i.craſſitudo.et dicit a corp⁹ ⁊ len
tos quod notat plenum.
Corpus oris.n.t.a corrūpo.pis.dr.eo ꝙ ſit na
ture corruptibilis.et cito corrūpat. Uel cor/
pus cōponit a cor ⁊ p⁹.puris. Jn̄ corp⁹ q̄ſi cor
dis pus.i.cuſtodia.ſed potius videt etymolo/
gia ꝙ̄ cōpoſitio. Uel dicitur corpus quaſi co/
rā poſitus. Jn̄ corpore⁹.a.ū. Jn̄ ⁊ corporei/
tas tatis.⁊ ꝯponit hec incorporeitas.tatis A
corp⁹ ꝯponit.bicorpor ⁊c.tricorpor.quadri/
corpor ⁊c. Jn̄ corpuſculū.li.dimi.i.pūu cor/
pus. Corpus q̄nq; dr collegiū ſiue vniuerſi/
tas cui⁹ caput ē p̄latus.c.nouit.de his q̄ fi.a p̄
Et tale corp⁹ p̄t h̄revnū ſigillū: de excel.pla.di
lecta. Dicitur etiā ꝯgregatio cuiuſcūq; ciuita/
tis vel ville vel caſtri habere corp⁹. Itē queli/
bet cōgregatio ꝑ iuſticia facienda.vt ꝯgregatō
ſcabinoꝝ vl' toci⁹ vniuerſitatis. Itē ſocietas.
cauſa religionis cui ꝓuiſum ē vnū corp⁹ ha/
bere debet inſtar reipublice. Et res cōes.i.acto/
rē ſiue ſyndicū cōem ꝑ quē agere pōt.ff.ꝙ cuiuſ
vniuer.no.agitur.l.i. Itē eps cū capitulo ſuo.
facit vnū corpus.cui⁹ ipe ē caput.ſed cū clero
ciuitatis vel dioceſis nō dr facere vnū corp⁹.
ſic nec abbatiſſa cū clericis ſuis.licet ſit caput
vnū corpus facit.
Correctio onis.f.t.i.emēdatio.caſtigatō.a cor
rigo.gis. Itē correctio ē quidā color rhetoric⁹
⁊ fit qn̄ tollit qd̄ prius dictum eſt. et qd̄ magiſ
idoneū videtur apponit.vt ſum min⁹ oblitus
decoris quinimo dedecoris ex quo dicor amāſ
ymmo veracius amēs:
Corregionalis id eſt ex vna regione.
Corrigia.gie.f.p.dr a coriū.vel a colligo.as.q̄
ſi colligia. Jn̄ corrigiola.le.i.parua corrigia.
Et corrigiatus.a.ū.r.cū corrigiis ligatus.
Corrigibilis.cō.t.et hoc le.ad corrigendū ha/
bilis ẜm Pap̄.
Correptio fraterna ē admonitio fratrꝭ de emē
datione delictoꝝ ex fraterna caritate ꝓcedens.
Corriualis.ꝯ.t.et hoc le.i.cū alio potans eun
dem riuū. Un̄ et ꝑ ſimilitudinē corriuales di
cuntur qui eandem amicā habent.
Cors.cortis.vide ſupra in cohors.
Cortex incerti ge.eſt ſuprema ps arboris.⁊ cō
patur pelli aialis.et videt cōponi a coriū.ſed
eſt etymologia poti⁹ ꝙ̄ cōpoſitio. Corticē ſetiā
vocāt quidā corucē. Liber ē pars interior cor
ticis dictus a liberato cortice.i.ablato. eſt eni
mediū quoddā inter lignū et corticē. Poteſt
etiam ibi poni tercium.ſ.ſuber. Unde. Pars
prior eſt cortex liber altera tercia ſuber. Unde
Theodolus. Mutat flebiliter rigidū ꝑ cor/
pore ſuber: Jn̄ corticillus.li. paruus cortex.
Cortina.f.p.vt dr in hiſtoriis.q̄nq; dr veluz.
q̄nq; tentoriū.q̄nq; tabernaculū. Un̄ cortina
eſt ornamentū eccliaꝝ vel tabernaculoꝝ.ſicut
vela depicta.que in laterib⁹ altariū ſuſpendun
tur.ne ſacerdos in aſpectu circūſtantiū ꝯfun/
datur ⁊ dr a coriū q2 p̄mo ex coriis ⁊ pellibus
fuerunt facte. Itē cortina etiā dicebatur locus
olim in templo.vn̄ dabant reſponſa vel poti⁹
mēſa in tēplo Apollinis.ſup quā ſtabat phe/
bus qui dicebat oracula ⁊ dicebat cortina.q2
corio fetonis erat tecta. Uel dr cortina q̄ſi cer
tina.q2 ibi certa dabant reſponſa.vel cortina.
quaſi cordicina.q2 ibi hoīm tenebantur cor/
da. Inde cortinatus.a.ū.i.cortina p̄paratus.
Inde et cortinari⁹ rii.qui cortinas extēdit.vl'
ſeruat vel facit. Et hec cortinaria.rie.in eodem
ſenſu. Et cortinarius.a.ū.qd̄ ad cortinā ꝑtinz
Inde etiā cortinula.i.parua cortina.
Corus ri.p̄ma ꝓducta ꝑ vento ſine aſperatōe
Cos.cotis.f.t.dicitur a cote greco quod latine.
dicitur inciſio.eo ꝙ ferrū ad incidendū acuat.
Proprie vero duri lapides appellantur cotes
quaſi cautes.et ꝓducit co. Un̄ Uirgili⁹. Su
biguntq; in cote ſecures.
Coſmarcha.che.dn̄s vel p̄nceps mūdi a coſ/
mos mund⁹ et archos p̄nceps. Jn̄ hec coſmar
chia.chie.eius poteſtas.
Coſmarius.rii.m.s.dicitur dn̄s mūdi.
Coſmicus.a.ū.pe.cor.id eſt mundanus.
Coſmographus phi.dr q̄ mundū deſcribit.et
dr a coſmos qd̄ ē mund⁹.et graphos qd̄ ē ſcri
bere et cor.pe. Un̄ in Aurora dr. Coſmogra/
pho moyſi mihi preduce carmine huius. Jn/
de coſmographia.phie.mundi deſcriptio.
Coſmopeia.i.mundi factura.
Coſmos dicunt greci.et cōuertitul in latinam
formā.⁊ dr hic coſmus.i.mundus
Coſmus.mi.i.mūdus.a coſmos. Itē coſmus
dicitur ornamentū pontificis.
Coſta.ſte.dr a cuſtodio.is.q2 coſte cuſtodiunt
interiora. Inde hec coſtula.le.et coſtella.le.di
mi.et hoc coſtariū.rii.locus coſtaꝝ. Et coſtat⁹
a.um.qui hꝫ coſtas vel habēs magnas coſtas
Coſte.decas.gentos.vnū et idem ſignt.
Coſtus.ti.f.s.eſt radix herbe cuiuſdam.
Cotana.i.mala cogogna.i.gen⁹ maloꝝ. et de/
clinat h̄ cotanū.ni.⁊ ſcribit ſine.c.i Pap̄. Un̄
dicit. Cotana gen⁹ fructuū nucū.et cor.p̄maꝫ
vt pꝫ in h̄ verſu. Cū cotano morus moriq; ſo
Cote grece.inciſio latine. Jror ſycomorus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cotula le.f.p quedã menſura vini continens ciathos ſex.i.emina.q̃ ideo cotula dicitur eo ꝙ inſciſio et diuiſio ſextariũ ſit in duo equa et ita fit cotula

Coturnix.cis.f.t.a ſono vocis dꝛ quã greci oꝛtogon vocant et eſt auis regia: Hec patiẗ moꝛbum caducũ vt hoïes Et ꝑd. pe. vnde Auroꝛa Mane conturnices veſpere vulgus habet.

Conterinꝰ.a.ũ.i.ex eodẽ vtero cũ alio ꝓgenitꝰ

Cora.xe.f.p.et coxe in plurali dicte ſunt quaſi coniuncte axes. In ip̃is enim capita femoꝛuꝫ iunguntur. Inde coxula. dimi.

## C ante R

Cra vox coꝛuoꝛum.

Crapula.le f.p.i.ſupabundans edacitatis. immoderata ꝛ noxia voꝛacitas et dꝛ a crudus q̃i cruda epula.cuius cruditate grauaẗ coꝛ ꝛ ſtomachus turbaẗ. Eſt aũt vini cibiqꝫ.vñ. Vina bibit mane cerebꝛũ refoꝛmat inane. Que pſu dit heri crapula mlta meri. Et poniẗ qñqꝫ crapula ꝑ exceſſu i potu Vñ ꝑs. Crapulatꝰ a vio

Craſſus.a.ũ.i.pinguis.ſed abeſus pluſ ꝙ pinguis.ꝛ dꝛ a creſco.cis.vel a creas.vel a creãdo. quaſi aptus ad creandas carnes ꝛ ꝯpaẗ. Inde hec craſſitas.tatis.et hec craſſitudo.et hec craſſicies.ciei Et ꝑ ꝯpoſitionẽ craſſilentꝰ.a.ũ.id eſt plenus craſſicie. Pap.dicit. Craſſa fecũda pinguis ſpiſſa. Craſſari coꝛpis ẽ et ſanguis. Graſſari animi et credulitatis.

Craſtinꝰ.a.ũ.dꝛ a cras.a quo etiã craſtino as qꝺ cõponitur ꝓcraſtino.as.vide loco ſuo.

Crater.eris.m.t.eſt genꝰ calicũ.i.poculoꝝ duas habẽs anſas.et fiebat ꝓmo de connexione virgultoꝝ.et dꝛ a cratim.eo ꝙ ſeinuicẽ teneat. Et vt dicit Pap: Crater eſt vas vinariũ. Itẽ crater facit duplicẽ actm̃ in ſingulari.ſ. craterẽ vel cratera.et cratera ẽ actũs grecus. Et ſilr in plurali geminũ hꝫ actm̃.vt crateres.vel crateras.vñ Virgilius enei.viij. Indulgẽt vino. et vertũt crateras aenos. Idẽ in ꝓmo enei. Crateras magnos ſtatuũt et vina coronant. Inde craterculas dimi.paruus crater.

Cratera pe.ꝑdu.p̃t eſſe actũs grecus.et tunc ẽ maſ.ge.ſicut crater. Vel p̃t eẽ noïatiꝰ.et ſic ẽ.f. ge.prime declinationis.

Crates tis.f.t.inſtrumentũ qꝺ fit devimibus vel de ferro ad aſſandas carnes vel piſces deſup. Inde hec craticula.di.i. parua crates. Et nota ꝙ iſtud dimi.requirit ꝙ dicatur cratis in ntõ per.i. In multis tñ libꝛis inueniẗ crates i ntõ per.e. Vñ in Auroꝛa. Altarꝫ medio crateſ pꝛedicta recedit In grecíſmo Eſt crater patera connexio virga crates.

Creagra.gre.f.p.dꝛ a creas qꝺ eſt caro et agros qꝺ eſt tractus Et ſunt creagꝛe tridentes fulcinule ad carnes de caldarijs ꝓferendas vl̃ extrahendas

Creber a.ũ.i.denſus vel ſpiſſus.ſed differt ab his.quia creber dicitur de multitudine vt creber paries circũit hanc domũ id eſt multi paries. Denſum ſiue denſatum eſt qꝺ viſu nõ eſt penetrabile vt ebur.licet tenue Spiſſuꝫ vero quod non eſt tenue. Et ꝑd cre. Vnde quidaꝫ Lectio crebꝛa valet quã non obliuio tollit.

Crebꝛifurus.furi.m.s.eſt locus crebꝛo habẽs fures.ſ.qui ſepe frequẽtatur a furibus.

Crebꝛo.onis.m.t.alio noïe dꝛ poꝛca.eſt auteꝫ poꝛca illa terra que ꝯtineẗ inter duos ſulcos ꝛ dꝛ a crebꝛo.qꝛ aqua crebꝛo ꝑ ipam diſcurrit.

Credibilis.ꝯ.t.et hoc le.qꝺ põt credi.

Creditarius.m.s.i.ꝯſiliarius.vel camerarius cui ſecreta cõmittũtur. Inde hec creditaria.id eſt cameraria.

Creditoꝛ eſt qui alienã fidẽ ſequitur mutuatam pecuniã numerando. Generaliter ꝓo creditoꝛ dꝛ qui ex cã quacũqꝫ alienã fidem ſequitur. Et dꝛ ideo creditoꝛ. qꝛ credit debitoꝛi.

Credulꝰ.a.ũ.q̇ ſemꝑ vl̃ facile credit Iñ hec credulitas.tatis. Et ꝯponitur cũ in.vt Incredulus.q̇ nũqꝫ vel vix credit. Vñ Grecíſmꝰ. Rumoꝛ credibilẽ res credula que cito credit. Sic incredibilis et res incredula diſtat.

Crementũ.ti.n.s.i.ſemen virile.et diciẗ a creo as.quaſi creamentũ.vñ Ioſephus. Crementũ ad libidinẽ ſuo potius nutriuit ex coꝛpoꝛe. Item crementũ dꝛ a creſco.is.et tunc tm̃ valet quantum incrementũ.

Cremiũ.mij.n.s.i.ſiccamentũ lignoꝝ vel frixoꝝ in patella.et etiã qꝺ remanet in patella aridũ de carnibus poſt pinguedinẽ liquefactaꝫ: diciẗ cremiũ. Vñ ꝑpheta. Oſſa mea ſicut cremiũ aruerunt. Et dicitur a cremo:

Cremiũ.n.s.i.ſacrificiũ.qꝺ et holocauſtũ dicebatur.et dicitur a cremo as.

Creas.grece.latine dꝛ caro.

Creperon dubiũ dꝛ. Inde creperus.a.um.idẽ dubius.

Crepido.inis.ẽ ripaꝝ obruptio ſaxi. vl̃ rupis vel montis extremitas.altitudo.ſũmitas Poniẗ tñ qñqꝫ ꝑ cauerna vbi vie ꝯueniunt. in q̃ ſolent paupes latitare vel mendicare. Vñ Iuuenalis. Nulla crepido va cat. Et poniẗ hic ꝑ ſũmitate ripaꝝ. Et dꝛ a crepo.as.qꝛ ibi ẽ frequẽtiꝰ ſonitꝰ ventoꝝ et ruptio lapidũ Quidã tamen volũt deriuari a creperon qꝺ eſt dubiuꝫ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

vel incertum. q² dubiũ eſt in tali loco ponẽ pe
dem Item ſummitas vel extremitas in circui
tu altaris dicebatᷣ crepido. ⁊ ipm ꝓpiciatoriũ
vñ Ezech. xliij. De ſinu terre vſqȝ ad crepidi/
nem. i. ꝓpiciatorium
Crepitus us m. ⁊ hoc crepitaculũ. i. ſonit⁹
Crepor oris. m. t. i. ſonitus vel eleuatio. ⁊ dr̃
a crepo pas
Crepundiũ dij. n. s. i. cunabulũ. ⁊ dr̃ a crepo.
pas. q² in eo puer crepat. i. ſonat vagiẽdo Itẽ
ſm Pap. Crepundia puerilia ornamẽta indi
ta. q̃ expoſitis infantib⁹ adhibenᷣ vt cunabu
lã. vñ Hyeronim⁹ Inter crepũdia noui ꝑtus
Crepuſculũ li. n. s. i. dubia lux. ſcȝ hora q̃ iter
noctẽ ⁊ diem eſt. vel inter diem ⁊ noctẽ. du/
bia an ſit diei ⁊ noctis. ⁊ dr̃ a crepon dubiũ.
et ẽ duplex crepuſculũ. ſ. diei ⁊ noctis Ubi ad
uertendũ ſm Hugȝ. ꝙ nox hȝ ſeptẽ ꝑtes Pri
ma ꝑs noctis dr̃ crepuſculũ vel veſperꝝ a ſtel
la occidentali. Scd̃a ꝯticinium a ꝯticendo.
Tercia gallicinũ a gallicantu. Quarta intẽ
peſtũ. i. nõ oportunũ ⁊ nõ aptũ tp̃s alicui rei
faciende. qñ nihil agi pt. q̃ſi ſine tpe. i. actu ꝑ
quẽ ꝯgnoſcaᷣ tp̃s. Quinta iterꝝ gallicinũ. ꝓ/
pter gallos lucis ꝓnũcios. Sexta matutinũ.
inter abceſſũ tenebrarꝝ ⁊ aurore aduẽtũ Sep
tima diluculũ nũcia diei. q̃ incipit q̃ſi diei ꝑ
ua lux. Idem etiã aurora dr̃ poſtea iterꝝ ⁊ cre/
puſculum.
Creſus ſi. m. s. rex lidorꝝ. vñ Hyeronimus in
ep̃la ad Paulinũ. viij. cap̃lo. Prefertur vidua
diuicijs creſi
Creta te. f. p. q̃dam inſula eſt. in q̃ fuit nutri/
tus Jupiter. Jñ cretus a ũ. ⁊ creſus a ũ. Et hĩ
et hec cretenſis ⁊ hoc ſe. in eodem ſenſu. Et hĩ
creta te. genus terre albe. ſ. argilla. q² in illa in
ſula melior abundat creta. Jñ creroſus a ũ. i.
abundãs creta. ⁊ crete⁹. a. ũ. id qd̃ eſt decreta.
Cretic⁹ ci. i. iudex vel medic⁹. ⁊ dr̃ a criſis qd̃
eſt iudiciũ. q² ſm criſim iudicat de iſirmo an
debeat euadere. vel ne. l' dr̃ a cerno nis. Jñ cre
ticus a ũ. i. iudicialis vel determinatiu⁹ vt cre
ticus dies in q̃ ſumiᷣ iudiciũ infirmitatȝ
Cretio onis. f. t. i. iudicatio vl' cert⁹ nũs dierꝝ
in q̃ inſtitut⁹ eſt heres. vel adijt hereditatẽ. l'
finito tp̃e cretionis excludiᷣ. ⁊ dr̃ cretio q̃ſi de/
cretio. q² ita decerniᷣ vel ꝯſtituiᷣ
Crebꝝ bri. n. s. eſt inſtrumentũ aptũ ad pur/
gandũ fruges. ⁊ dr̃ a currẽdo. q² ibi currit fru
mentũ. Uel dr̃ a creber a ũ. qd̃ eſt idem qd̃ den
ſus. eo ꝙ ſit crebro ꝑforatũ. Jñ crebellũ li. di.
i. ꝑuum cribꝝ. Uñ q̃dam. Haurit aquã cri/
bro clericus abſqȝ libro

Crimen inis. n. t. dr̃ a careo. vt furtũ falſitas
et ſilia. q̃ nõ occidũt ſed infamãt
Criminũ capitales erant carceris cuſtodes. q̃
etiã ſtratores dicunᷣ a ſternendo. q² damna
tos puniebant
Crimen eccleſiaſticũ eſt qd̃ ꝑtinet ad iuriſdi/
ctõem eccleſie. vt hereſis ſacrilegiũ. ſimonia ꝑ
iuriũ. vſura adulteriũ. xij. q². ij. in ſum. lxxvij.
diſt. i.
Crimen mere eccleſiaſticũ eſt. qd̃ ꝓncipal'r c̃
tum a canonib⁹ ſumpſit. ⁊ ſolum corã iudici
bus eccleſiaſticis ꝯgnoſci habeat. de cuius ꝯg
nitõe iudices ſeculares ſe nullaten⁹ intromit
tere poſſunt. vt ẽ crimẽ hereſis Sed crimẽ me
re ciuile ꝑ oppoſitũ eſt delictũ legib⁹ ciuilib⁹ ꝓ
hibitũ. alias in ſe nõ peccatũ. vt in ciuitate ire
de nocte p⁹ ſonũ cãpane vel ꝯſil'e ¶ Crimẽ fo
mixtũ eſt qd̃ ſpectat ad forꝝ vtrũqȝ. vt eſt ſacri
legiũ qd̃ ſpectat ad forꝝ eccleſiaſticũ. ⁊ pt etiaȝ
iudex ſecularis de pena ei⁹ ꝯgneſcere ⁊ ſacrile/
giũ punire ſm glo. in ꝟbo adimim⁹. in. c. felicȝ
de pe. li. vi. ⁊ de hĩ ẽ glo. in ſum. xi. q. i.
Crimen leſe maieſtatȝ eſt vbicũqȝ q̃s ꝯ vrbẽ
aliq̃d molitur. aut q̃ ꝓfugit ad hoſtes. l' iſtos
iuuat q̃licunqȝ cauſa. ſcȝ armis ꝯſilio vel pecu
nia vel q̃ ſubiectas ꝓuincias nitiᷣ facere rebel
les. vel ſeditões. aut bella mouit in ciuitate.
vel q̃ ꝑlatum magiſtratũ vel ꝓncipem occidit
vel qui cõtra latus eius militat. vel arma fert
et occupat contra rempublicã. Et idem dr̃ cri
men ꝑduellionis. i. hoſtile. Nam ꝑduelliões
dicuntur hoſtes. Secus ſi ꝯmittitur hoc cri
men non contra rempublicam. quia tunc nõ
dicitur perduellionis. ſed ſimpliciter leſe ma/
ieſtatis. Et nota ꝙ non ſubditus crimen leſe
maieſtatis non committit. vt in. §. rurſus. in
cle. paſtoralis. de re iudi. vbi rex cecilie. Ro/
pertus non eodẽ modo ſubfuit. Henrico im/
peratori. ꝙ crimen leſe maieſtatis in eum cõ/
miſerit
Crimen hereſis in multis ꝯuenit cum crimi/
ne leſe maieſtatis. ⁊ hmõi ſm canones eſt ꝓ/
prie leſe maieſtatis. q² ledit rempublicã im/
peratorẽ etiã diuinũ ⁊ celeſtẽ
Crimen ſacrilegij ſm Azo. fit ꝓprie qñ ſacrũ
de ſacro aufertur. Ac etiã ſm eum. ſi q̃s non ſa
crum de ſacro recipit. vel ſacrum de non ſacro.
Sed ſm leges tunc ſacrilegium non eſt. quia
qñ res priuate auferunᷣ de ſacro. tunc actõ fur
ti locum habet Hoſti. tamen dr̃. ꝙ ſi accipitur
ſacrum de ſacro. vel ſacrum de non ſacro. ſp̃ ſa/
crilegium fit. vt xvij. q. iiij. q̃ſquis. ver. ſimpli
citer

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Crimen peculiatus. ſm Azo. locū habet p pe/
cunia publice recepta vel intercepta. vel q̄cū/
q₃ mō ꝯtaminata. vt ſi in auꝝ vel argentū vel
es publicū aliq̄s ferꝝ. vel ſil'e aliq̄d inducat.
id eſt adiciat Idem eſt in ſacra reut in vaſis ec
cleſie. Idem eſt in religioſis in ornamētis ſe/
pulchris.

Crimen ſtellionat⁹ ſm Azo. dr̄ a quedā aīa/
li reptili. quod dr̄ ſtellio. Et ꝯmittit hoc cri/
mē. q̄ i varietate animi rē aliquā alteri pignēi
obligatā ſiue pigneratā aliȷ̄ poſtea obligat Et
dr̄ a ſtellione. q₃ ſicut ille vermes eſt varius i
colorib⁹. ſic ille q̄ ꝯmittit hoc crimē eſt vari⁹
in ore. ⁊ inconſtās in mente

Crimen fraudati cenſus ꝯmittit cū q̄s furat
publicā pecuniā ſibi accōmodatā.

Crimen fraudate annone eſt cū portitores fu/
rant victualia a re publica ad exercitū miſſi

Crimē piaculare eſt qd̄ morte expiat.

Crimen ꝯcuſſionis ꝯmittit. q̄ ꝑtextu officiȷ̄.
ſibi ꝯceſſi extorquet ꝯminando aliq̄d ab in/
uito Et tali crimie punit q̄s pena q̄drupli. i. q
vȷ̄. ſanximus in fi.

Criminū alia ſunt ꝑuata. vt illa quoꝝ execu/
tio. i. accuſatio. vel denunciatio ptinet tm̄ ad
illos q̄bus inferunt. vt furta damna illata ⁊
iniurie. Alia ſunt publica quoꝝ executio dat
cuilibet de pp'lo. Q̄m̄ ad publicā vtilitatē ſpe
ctat. ne maleficia maneāt impunita. vt homi
cidia patricidia adulteria. poſt q̄dragesimum
tn̄ diem. vt. l. iure. mariti. C. de adulte. Itē le/
ſe maieſtatis. Et nota ꝙ crimen dr̄ q̄nq₃ mo/
dis Primo ſumit ꝓ q̄libet peccato ſiue ſit mor
tale ſiue veniale. Scd̄o ꝓ crimine irrogāte in
famiā. quod eſt accuſatōne ⁊ damnatōne dig
niſſimū. Tercio ꝓ peccato quod euenit ex deli/
beratōe. ſiue mortale ſiue veniale ſit. quod nō
deletur niſi ꝑ pn̄iam. Quarto quod ſemel cō/
miſſum ſufficit ad ꝯdempnatōem. nō tn̄ infa
mat. Quinto quod irrogat ꝑpetuam infamiā
vt no. xxv. diſt. c. vnū orariū. §. nunc aūt. Et
lxxxi. diſ. apl's. vn̄. Si q̄libet eſt peccator non
tn̄ q̄libet eſt criminoſus

Crinal'. ꝯ. t. ⁊ h̄ le. i. ad crinē ptinēs. ⁊ dr̄ a cri
nis Sʒ crinal'. m. t. i. ac⁹ q̄ crines aptant

Crinis nis. m. t. a cerno dr̄. ⁊ ſunt crines ꝓpe
mulieꝝ ſic dicti. eo ꝙ crinib⁹ a viris diſcernā
tur. ⁊ ita q̄tū ad vocē deſcendit crinis a cerno
ſ₃ q̄tum ad ſignificatōem potius a diſcerno.
Etiā dr̄ alio mō hic cirr⁹ ri. qd̄ ⁊ ꝓ plicatura
dr̄ capilloꝝ. a cirrim qd̄ ē tondere. Vn̄ crinicu
lus. i. ꝑuus crinis. Et crinit⁹ a ū. pe. p. i. mag
nos habens crines

Cripta pte. i. ſpelunca cauerna. vel turba hoīʒ
et dr̄ a crepo.

Criſta ſte. f. p. dr̄ illud qd̄ eminet ſup galeā. et
ſup capita q̄rundā auiū. Vn̄ criſtat⁹ a ū. i. cri/
ſta ornatus. vel q̄ magnā h₃ criſtā. Inuenit
etiā criſtat⁹. i. galeatus.

Criſtallus li. f. s. genus eſt cādidi lapidis q̄ſi
nix. ⁊ fit glacie durata ꝑ annos. vn̄ ⁊ greci ei
nomē dederūt. Et nota ꝙ antiq̄ dicebāt h̄ cri
ſtallū li. vn̄ Auroꝛa. Criſtallina facit facta fe
neſtra decens Et criſtallus appoſita radiȷ̄s ſo
lis adeo rapit flāmā vt aridis fungis vel fo/
liȷ̄s p̄beat ignem. fulgidū āt nihil aliud q̄₃ fri
gidum pati poteſt

Croce⁹ cea ceū. ⁊ hec crocea cee. f. p. i. cuna īfan
tiū. vn̄ in Threnis Ieremie. Qui nutriebant i
croceis amplexati ſunt ſtercora.

Crocodillus li. qd̄ dā aīal q̄drupes. ⁊ dr̄ a cro
cos. eo ꝙ croceū h₃ colorē. Et eſt plerūq₃ i lō/
gitudine xx. cubitoꝝ. dentiū ⁊ vnguiū imani/
tate armat⁹. tāte duricie ꝙ fortiū ictus lapidū
tergo repcuſſus nō ſentiat. Nocte in aquis et
die humi req̄eſcit. Solus ex aīalibus ſupio/
rē mandibulā mouere dr̄. Quidā tn̄ dicunt.
ꝙ ꝯponatur a crocus ⁊ dilus quod ē metus.
Vn̄ Herba crocus diluſq₃ metuēs venit hic
crocodilus. Nam croceis maculis variatur ⁊
eſt metuend⁹. R. poſt. c. ꝑmū ſibi dans. l. ſcꝑ
tito ſolo

Crocus ci q̄dam puer ꝯūſus in florem ſm poe
tas. Vn̄ h̄ crocus ci. dict⁹ eſt flos Sʒ ꝓprie h̄
crocū ci. ꝓ flore. ſed ꝓ puero h̄ crocus. l₃ ꝓ flo/
re inueniat h̄ crocus ci tn̄ hoc fit grā pueri. Vl'
crocū dr̄ a corito oppido ciliciȷ̄. vbi melius ⁊
pl⁹ abūdat q̄₃ alibi. Vn̄ croceus cea ceū. ⁊ hec
crocea cee. ſubſtātiue.

Croma grece dr̄ latine color Vn̄ cromatic⁹ a ū
qui colore non ꝯfunditur. nec colorē mutat.
ſm Hug. Pap. dicit. Croma grece dr̄ color
vel humor

Cronia nie. plurus corpis morbus. q̄ multo
tpe morat. vt podagra vel ptiſis

Chronic⁹ a ū. i. tpalis terren⁹ Et pl'r hec chro
nica oꝝ. i. tpa vel tempoꝝ ſeries. vel ordo. vel
liber vbi deſcripta tpa ꝯtinent vel facta diuer
ſoꝝ tempoꝝ

Chronogꝛ̄phus. phi. cor. q̄ deſcribit tpa. ⁊ dr̄ a
chronon qd̄ eſt tps. ⁊ gꝛ̄phus qd̄ eſt ſcriptor.
Vn̄ chronogꝛ̄phia phie. i. breuis ſcriptura vel
tempoꝝ deſcriptio

Chronon grece latine dr̄ tempus

Cruciabilis. ꝯ. t. ⁊ hoc le. qd̄ eſt dignū vl' ap/
tum cruciari.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cruciamẽ.inis. ꝛ hoc cruciamẽtũ. ꝛ hoc cruciũ ciȷ.oĩa idẽ.ſcȝ tormẽtũ qđlibet. Vñ Lucilli⁹. vinũ cruciũ inſuaue dixit.

Cruciarius.riȷ.q̇ ẽ cruce dign⁹. vl'q̇ fert crucẽ ad ſuũ diſpẽdiũ. vl'ad officiũ ſuſpendiȷ. vl'ad ſignũ ꝓfeſſionis ꝛ regionis ſue. ꝛ dr̃ a crux. iñ cruciari⁹.a.ũ.adiectiue.

Crucibolũ.li.n.s.i.lucerna. ꝛ dr̃ a crucio ꝛ bolus. q2 bolus.morſell⁹ ſepe ibi cruciat̃ ꝛ diminuit̃. Crucibolũ etiã dr̃ mortariũ

Crucicula.le f.p.i.ꝑua crux

Crucifer.a.ũ.q̇ fert crucẽ.

Crudel'.ꝯ.t.ꝛ h̄ le.i.crud⁹ Et ẽ crudel' i ſãguie ſeuus in ira.

Crud⁹.a.ũ.dr̃ qđ nõ ẽ coctũ. q̇ſi nõ ſine ſãguine. Et dr̃ a cruor. Et iñ ꝑ trãſlatiõnẽ dr̃ hõ crudus. q̇ſi nõ coct⁹ nec eſui habil'. Eſt em̃ aſper ꝛ crud⁹. Iñ hec cruditas.tatꝭ. Vñ Crud⁹ nõ cocus ẽ crudel' q̇ q3 crudus.

Cruẽt⁹.a.ũ.i.ſanguine inq̇nat⁹. l'q̇ amat effuſionẽ ſãguis. Iñ cruẽtat⁹.a.ũ. ꝛ dr̃ a cruẽtus. q2 cruẽtat⁹ dr̃ ꝓpe ſanguĩe inq̇nat⁹. ſ3 cruẽt⁹ q̇ amat effuſionẽ ſanguis.

Crumena.ne.pe.pro.ſacc⁹ marſupium qđ ꝛ crumina.me.dr̃.

Cruor.oris.a curro dr̃.eo q͛ cruor currẽdo corruat̃. ꝛ ẽ cruor effuſus. ſanguis ṽo in corpore. Vñ Sãguis alit corp⁹ cruor ẽ de corpe fuſus Vl'ſanguis ẽ hoim cruor victimaꝝ. Vl'cruor ẽ corrupt⁹ ſanguis q̇ emittit̃. ꝛ dr̃ ſanguis. q2 ſit ſuauis

Crus.cruꝛ̃.n.t.dr̃ a curro.is.q2 crurib⁹ currim⁹ ꝛ greſſũ facim⁹. Et ſtꝫ crura ſub genib⁹ vſ3 ad ſuras. Vl'crus ẽ os tibie anteri⁹ Iñ cruſculũ.i.ꝑuũ crus. Et cruſculus.a.ũ.q̇ ꝑua h3 crura. Et crurat⁹.a.ũ.q̇ mag̃ h3 crura

Cruſcumul⁹.li.m.s.eſt tumor crurum. ꝛ dicitur a crus.

Cruſtũ.ſti.n.s.l'cruſtulũ ꝑ fragmẽto panis. ꝛ pro q̇libet edulio.

Cruſta.te.vl'cruſtula le.dimi. pe.cor.ẽ lamina q̇libet vl'fragmẽtũ auri vl'argẽti. vl'alteri⁹ metalli vl'ligni vl' lapidis. Vñ marmorati lapides cruſtati dicũt̃. Itẽ cruſta vl'cruſtula ſupficies vl'cortex panis vl'alteri⁹ rei.

Cruſtaria.rie.i.taberna a vaſis cruſtatꝭ ſic dcã

Cruſtoſus.a.ũ.i.plen⁹ cruſtꝭ. ꝛ dr̃ a cruſta. Iñ cruſtoſitas.tatꝭ.

Cruſtumiũ.miȷ.qđdã gen⁹ piri.q2 durã habet corticis cruſtã. vl'dr̃ a cruſtumia regiõe. ꝛ i eadẽ ſignificacõe pt declinari adiectiue.

Crux.cruc̃ꝭ.dr̃ a crucio.as.q2 cruciat. ꝛ facit genitiu⁹ pl'is crucũ q2 format̃ ab h̄ ablatiuo cruce mutata in u. Et cor.u.añ c. Vñ Orati⁹ in ep̃l'is. Nõ hoiẽ3 occidi. nõ paſces in cruce coruos. Et i Aurora. Extat imago cruc̃ꝭ q̇ domat oĩe malignũ. Et nota q͛ crux xp̄i q̇tuor lignoꝝ generẽ fuiſſe ꝑhibet̃.ſ.palme. cypreſſi.oliue ꝛ cedri. Vñ q̇dã. Ligna crucis palma cedrus cypreſſus oliua. Hãc dr̃am lignoꝝ videt̃ apoſtol⁹ innuẽ cũ dr̃. Vt poſſitis ꝯp̄hẽdẽ cu3 oib⁹ ſanctis q̇ ſit latitudo longitudo.ſublimitas ꝛ profundũ.

## C ante V

Cubatoriũ.riȷ.tã ꝑ lecto q̃3 pro alia re cui innitimur. ꝛ dr̃ a cubo.

Cubiculari⁹ riȷ.m.s.i.lecti cuſtos vl'fabricator vl'ꝑꝑator. Iñ cubicularia.rie.in eodẽ ſcñ Põt etiã declinari adiectiue cubiculari⁹.a.ũ.qđ ptinet ad cubiculũ vl'ad cubicolariũ

Cubiculariȷ dicũt̃ ſerui q̇ cubiculum dñi ſui procurant.

Cubiculũ.li.i.lect⁹ a.cubo.as.

Cubile lis.n.t.dr̃ a cũbo bis. vel a cubo bas. et ẽ ꝓprie ꝯcubinaꝝ. ſicut genial' ſponſaꝝ Fit em̃ ad lectũ ꝯcubinaꝝ poti⁹ deſcenſus ꝛ inclinamentũ q̃3 aſcenſus.

Cubio onis.m.t.i.maſculus

Cubitus ti.m.s.ẽ q̇dam ps brachiȷ ꝛ dr̃ a cubon eo q͛ firmũ ꝛ ſolidũ mẽbꝝ ſit. vel dr̃ a cubo bas. q2 ſup cubitũ ſolent cubare in comeſtione. ꝛ durat vſq3 ad manũ. Vel eſt menſura q̇dam a medio brachiȷ vſq3 ad finẽ digitorũ ſe extendẽs. Iñ hic ꝛ hec cubital' ꝛ hoc le. Et ſunt cubitalia ſup q̇ cubitũ vel ceruicẽ reclinam⁹. vt aurealia ꝛ puluinaria. vl'etiã alia Itꝭ cubital' ꝯpoit̃ bicubital' le. ꝛ tricubital' le Sil'r cubit⁹ ꝯponit̃. bicubit⁹ a ũ. tricubitus a ũ. Et vt dr̃ Papias. Cubitus dupl'r ſumit̃ vnus q̇ natural'r ad digitoꝝ ſummitatẽ a cubito vſq3 ꝑtenditur. q̇li Moyſes archam mẽſurauit. Alius cubitus eſt q̇ ꝛ maior dr̃. qui brachio extenſo toto cubito capiti ſeeſſe ꝑlato demõſtrat. q̇ archa noe demetita eſt Vñ Eſt ꝑ menſura cubitus cubituſq3 lacert⁹.

Cubon interꝑtat̃ firmũ ſiue ſolidũ

Cubus bi.m.s.eſt figura ſolida q̇ longitudĩe altitudine latitudine ꝯtinet̃. Vñ cubicus dr̃ nũs ſolidus.ſ.habens in ſui denoĩatõe.q̇ttuor voces. vt bis duo. bis ter. ter tria. Iñ cubicus a ũ. ꝛ hic cubicus ꝑ illo ſolido numero.ſ. idẽ qđ cubus. Et vt Pap.dr̃. Cybus grecu3 eſt latinũ cubus

Cucullus.m.s.i.veſtis capuciata. ꝛ lata humeros tm̃ ꝛ caput tegens. inſtar caputiȷ. Vñ

Juuenal'. Sumẽ nocturnos meretrix anguſta cucullos. Itẽ cucull⁹ ẽ q̃dã gen⁹ poculi. Vñ Oratı⁹. Reges dicũt mlt̃ꝫ vrgẽ cucull'.

Cuculus auis q̃dã a ſono vocꝫ dctã. Vñ. In ſiluis cuculũ. in clauſtrꝫ quere cucullũ Itꝫ Licet p mltos cuculus cãtauerat ãnos. Pſallere neſcit adhuc aliũ cantũ niſi gucguck.

Cucuma.me.f.p.a ſono feruoris dr̃.ſicẽ cacab⁹ .i.vas eneũ deſup cooptũ. in q̃ caleſcit aq̃ l'coquit cib⁹. Itẽ cucuma vl'cucurma dr̃ q̃dam genus claue.

Cucumer l'cucumis h⁹cucumerꝫ ẽ herba c⁹ fructus humide nature ẽ. ⁊ dr̃ ab amar⁹. eo ꝙ int̃dũ ſit amar⁹. q̃ dulcꝫ naſci ꝓhibet ſi lacte mellico eoꝝ ſemẽ infundat.

Cucumerariũ.rij.n.s.loc⁹ vbi cucumeres abũdãt ⁊ ſeruãt. Jñ cucumerari⁹.rij.m.s.⁊ hec cucumeraria.q̃ vl'q̃ eos cuſtodit vl' vẽdit. Unđ Eſaie.i. Sicut tuguriũ in cucumerario.

Cucurbita.te.f.p.pe.cor.dr̃ q̃ ſit fructu rotũdo ⁊ folijs vt cucumer vſual'. ſ; p̃cipue agreſtꝫ cucurbita q̃ ⁊ coloq̃ntida dr̃ ſm Hug. Papi. ṗo dt. Cucurbita.i.zuccura q̃ſi ſpeciẽ cucumeris hꝫ. Eſt ãt frigida ⁊ humida. Cucurbita etꝫ ẽ vẽtoſa vñ trahit ſanguis.

Cudis.f.t.malleus

Cuias.iatꝫ.o.t.ẽ īterogatm̃ poſſeſſiuũ infinitũ relatm̃ gẽtile ⁊ patriũ. ⁊ deriuat a cui⁹.a.ũ.⁊ hꝫ q̃rere de gẽte vl'patria. tñ ſil' ⁊ ſemel nõ põt q̃rere de vtroq;. Ad qđ pñt reſpõderi iſta duo ꝓnoia nr̃as ⁊ vr̃as. vt Cuias ẽ iſte. rñdet noſtras.i.de nr̃a gẽte vl'patria. vl' pñt rñderi noĩa gẽtilia ſeu patria. vt romãn⁹ italic⁹. vel ſpecificãtia gẽtẽ vl' patriã poſita ĩ ablatiuo caſu cũ hac ꝑpõe de. vt Cuias eſt iſte rñderi pt de tuſcia. de bononia. Et circũflectit in cuias. q̃ olim dicebat h ⁊ hec cuiatis. ⁊ h te. qđ penul. circũflectebat

Cuius.a.ũ. deriuat ab hoc gtõ cui⁹. ⁊ eſt infinitũ interrogatm̃ poſſeſſiuũ relatm̃. Et differt a gtõ c⁹. q̃ c⁹.a.ũ. poſſeſſiuuꝫ ẽ ⁊ acuit in fine. ⁊ tenet ꝯcordare cũ ſbſtãtiuo in trib⁹. Vñ Virgili⁹ in buccol'. Dic mihi Dameta cuiuꝫ pecus an Melibei. Sꝫ gtũs cuius nõ acuit. ⁊ ẽ primitiuũ. ⁊ nõ requirit predictã conuenientiam accidentiũ. Itẽ ad interrogationẽ factã p cui⁹ a.ũ. debent reſponderi noĩa vl'pronomina poſſeſſiua. vl' gtũs ſpecificans poſſeſſorẽ. vt cuiũ ẽ iſtud mancipiũ. reſpondet petrinũ. meũ. mei. martini.

Culcitra.re.f.p.pe.cor. dr̃ a calco. q̃ſi calcitra. q̃ calcat.i. farcit plumis. vel dr̃ a colo.lis. q̃ colit diligẽti cultura.

Culex.cꝫ.m.t.ẽ aĩal pũũ volatile dict⁹ ab aculeo quo ſanguinẽ ſugit. Culices nõ tangũt hominẽ ſi abſinthio cũ oleo decocto ſe pungat. et cor.li. Vñ Aurora. Diſcurrũt culices hoiẽꝫ turbãdo quietũ.

Culina.ne.f.p.pe. ꝓdu. dr̃ a coq̃na p diminutionẽ. Vl' vt dt Priſcian⁹ in q̃rto libro. denominatiuis. a coqu⁹ dr̃ hec coq̃na ⁊ culina. ⁊ ꝓdu.li. Vñ Juuenal'. Centũ cõuiue ſeq̃t ſua q̃q; culina. Pap. dt. Culina vl'coquina loc⁹ coquẽdi a coquẽdi a coquo dicta qui eſt artifex coquendi.

Culla.le.f.p.ẽ gen⁹ veſtis monachoꝝ. Jñ cullula.f.p.i. ꝑua culla. Et cullat⁹.a.ũ.i.culla indut⁹. Et hec cuculla idẽ qđ culla. Jñ cucullat⁹.a.ũ. Alij dicũt ꝙ cuculla ſit dimi.a cella. q̃ſi minor cella. vl'caſa. Alij ṗo a culla dicunt q̃ſi minor culla.

Culleus.lei.m.s.eſt quidã ſaccus de corio in q̃ damnati inſuebãtur. ſcꝫ q̃ patrẽ vl'matrẽ l'fratrẽ occiderãt. vl'patriã ꝓdiderãt. vl' aliđ ſcel⁹ magnũ cõmiſerãt. ⁊ cũ dãnato includebãt ſimia ſerpẽs ⁊ gall⁹ gallinaci⁹ ⁊ canis. ⁊ ſic ĩmãt vl' etiã in flumẽ vicinũ ſm q̃litatẽ illi⁹ regionis ꝓijciebat. at tunc canis ſimiã ſimia gallũ gallus ſerpentẽ perſequebat donec ſerpens per os vl' per podicẽ damnati intrare cogebatur. ⁊ ſic magnis penis affligebat. Vñ Juuenalis. Cuius ſupplicõ non debuit vna parari. Simia nec ſerpens canis nec culleus vn⁹. Et dr̃ a claudo. dis. vl' dr̃ ab occulo. lis. q̃ſi occuleus. De ꝑdicta pena dr̃ in.l. vnica. C. de his q̃ pa. ⁊ li. occi. Vel culle⁹ eſt ſacc⁹ in q̃ portat triticũ ⁊ maxie de corio q̃ ſupponit equo. Jñ culleatus. a.ũ.i. in culleum miſſus. Et hic culleolus.li.i. ꝑu⁹ culleus.

Culmen.inis.n.t.i.ſummitas tecti. q̃ tecta domoꝝ apud quoſdã culmo coopriũtur. Jñ culmineus.a.ũ.

Culmites.o.g.pl'is nũeri pe.cor.i. diuites q̃ ſibi diuitias accumulãt.

Culmus.mi.m.s.ẽ ip̃e calam⁹ ſpice. q̃ radicibus naſcit. licꝫ ⁊ culm⁹. q̃nq; inueniat p ipſo folliculo vñ ſpica exit. vel q̃nq; pro ipſa ſpica et dr̃ a calamo q̃ſi calam⁹. Vñ hec coloma.me. .i.calam⁹ cũ ſpica ſua

Culpa.pe.i.noxa crimẽ mala fama repreheñſio. Et videt deriuari a cello.lis. qđ nõ ẽ in vſu eo ꝙ pcellat ⁊ peuriat hoiẽꝫ. Jñ h ⁊ hec culpabilis. ⁊ hoc le. ⁊ hec culpabilitas.tatꝫ. Jñ etꝫ culpulula.le.dimi.i.ꝑua culpa.

Culpone⁹.nei.m.s. calciamẽtum ruſticoꝝ amplũ ⁊ latũ. qđ alio noie dr̃ pero.onis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Culter tri.m.s.dr a colo is.qr anteq̃ falces eſſent reptę.vites et arbores cū cultellis puta/bāt et colebāt. Jn̄ cultellus .i.puus culter.
Cultrū tri.n.s.i.patella. Vn̄ culter cultellus tibi ſit cultrūq̃ patella.
Cultus a.ū.ſm Pap.i.ornatus aptatus. ſed cultus us.ui.i.religio.quā credētes exhibem⁹ Et cōponit̃ cū in.vt incultus. ꝛ qn̄ incultus. idē ē qd̓ nō cultus ē nomē.ſed icultus.i.inhabitat⁹ pticipiū ē ab incolor.leris.
Cul⁹ li.m.s.i.anus ani.ꝛ dr culus quaſi currus.eo ꝙ p eū interiora diſcurrant.
Cūba be.f.p.ꝛ cimba be.i.ima ps nauis ꝛ viciniora aq̃s ſic dicta qr aq̃s incūbat Vnde ꝛ ipſa nauis ꝛ precipue pua qn̄q̃ dr cumba ſiue cymba.
Cuminū ni.n.s.pe.pdu.latię.dr ciminū grece.herba quedā eſt.vide ſupra ciminū.
Cumulus li.i.ſummitas ꝛ aliquorꝫ coacerua/tio et dr a culm⁹. Jn̄ cumuloſus a.ū.i.plenus cumulo.et cumuloſitas tatis.
Cuna ne.f.p.quaſi cyna.i.lectulus vbi pueri iacere cōſueuerūt. Idē ꝛ alio noīe dr crepūdiū et dr ſic.qr ptui ſolet adhiberi.vł qr puer iacꝫ in ea cinctus. Cuna etiā dr dea paganorꝫ.que cunā dr infanti admīſtrare. Jn̄ hoc cunabulū dr tp̄s in quo puer iacet in cunaculo.ꝛ cōpōit̃ incunabulū idem qd̓ cunabulū.
Cūcta te.i.mora ꝛ dr a cūctis ta.ū. Vnde Catho. Proſpicito cūcta tacit⁹ qd̓ quiſq̃ loq̃tur Nō pōt hic cūcta eē plis nūeri ꝛ acti caſus.qr conſtructio eſſet incongrua Eſt ergo cuncta ablatiuus ſinglaris.et ē talis ſenſus. Tu tacit⁹ pſpicito id qd̓ quiſq̃ loquat̃ pſpicito dico cūcta.i.p cūctā.i.morā.anteq̃ des rn̄ſum.vt intelligas qd̓ dr.qr qui pri⁹ rn̄det q̃ audiat.ſtultū ſe demonſtrat ꝛ cōfuſione dignū.
Cūctipotēs pe.cor.i.deus cūcta potens.
Cūctitenēs tis.pe.cor.i.cūcta tenēs.
Cūctus a.ū.i.vniuerſus .vel collecta ī vnum. vniuerſa multitudo.q̄i cuneus eo ꝙ oēs ī vnū coeant. Cūcti eni dicūtur oēs cū cuncti ſunt ꝛ ſimul faciūt.aliter dicūt̃ oēs et nō cūcti ꝛ ſcribit̃ p n.in pma ſyllaba. Inuenit̃ etiā cōtus p o.vide ſupra ꝯt⁹ Itē declinat̃ hec cūcta te Vn̄ quidam Proſpicito cuncta ſi vis bene dicere cuncta.
Cuneus nei.m.s.i.collecta ī vnū militum vel peditū multitudo Vn̄ qui in vnū coeūt dicūtur cuneus.q̄i coune⁹.eo ꝙ ī vnū coeāt ꝛ cogātur oēs. Cune⁹ etiā dr q̄ddā inſtrumētum ligneū ad findendum ligna.ꝛ ad firmādū ſtilum in firmamento aliq̄.ł alia re ſilr a coeo eo ꝙ coeat ī ſummitate.vel qr ſui interpoſitio diuerſa faciat coire vel coartari. Ad cui⁹ ſilitudinē dicūt cuneū in expeditione dici
Cuniculus li.m.s.idē eſt ꝙ cuneus.ſ.via occulta ꝛ ſubterranea Jn̄ hic cunicul⁹ li.pe.cor. quoddā aīal in ſubterraneis hitās cauernis. vel dr cuniculus q̄i caniculus.eo ꝙ canū idagine capiat̃. Hic cuniculinus a.ū. poſſeſſiuuꝫ vt cuniculine pelles. Itē cuniculus ē qddā genus machinarꝫ cante ad vrbes capiendas iuētū. Vel ē caſtrū ſub terra factuꝫ inſtar cunorꝫ. Vn̄ Ambro.ſup Egeſippū Joānes princeps ſeditionū cuniculū ſuffodit Et pt intelligi cuniculus.tā via illa ſubterranea q̃ machinatio in ea facta.nā hmōi fouee ſubterranee ſepe fiunt ad capienda oppida
Cunn⁹ ni.m.s.dr a cunio is.qd̓ idē eſt qd̓ putreſcere vel ſtercus facere.ꝛ eſt vas mulierum. Inde cunnulus idem.
Cunus ni.m.s.i.foramē occulta via.ꝛ ſubterranea.
Cupedia die.f.p.i.cupiditas edendi.ꝛ bibēdi et dr a cupidue. Vn̄ Aug⁹ in li.de doc.xpiana. Fieri pōt vt ſine aliq̄ vitio cupedie vel voracitatis pcioſiſſimo cibo ſapiēs vtatur Jn̄ cupedioſus a.ū.i.ſuperbus vel cupidus.
Cupes piū plis nūeri.i.cibi lautiores. vn̄ pt orīri cupido ſm Hug̃. Pap.dr. Cupes faſtidioſus ſupbus cupidus
Cupidenarius rij.m.s.i.denariorꝫ cupidus ſic mercator.vel adiectiue pt deriuari cupidenarius a.um.i.cupiens dnarios Vn̄ Terēti⁹ in eunucho Cōcurrit leti obuiā mihi cupidenarij
Cupidineus a.ū.i.voluptarius.
Cupido dinis.p cupiditate ł auaritia ē ge.f. ſed p filio veneris ſ.deo amoris ē ge. maſ. Et p ambob⁹ ſignatis illł pdu.pi. Vn̄ p cupiditate in Ouidio de arte Qd̓ latet ignotū ē.ignoti nulla cupido Pro filio veneris in Ouidio de reme. Parce tuū vatē ſcelerꝫ dānate cupido Inueitur etiā cupido dtūs vł ablatiu⁹ de cupidus a.ū.ꝛ ſic cor.pi. Vn̄. Ouidius in epi. A iuuene et cupido credat̃ reddita vgo. Et ſic repitur in tribus ſigtis Vnde Ipe cupido nocet multis cupidoq̃ cupido.
Cupidus a.ū.auarus.ſꝫ cupidus ī acquirendo.auarus in retinēdo. Jn̄ cupidulus.i.aliq̃tulum cupidus.
Cupla ple.f.p.dr a copulo as. Et ſūt cuple ptes edificiorꝫ ſic dicte.qr copulāt inter ſe luctātes. Luctātes ſilr ſunt ptes edificiorꝫ ſic dicti.eo ꝙ erecti inuicem ſe teneant more luctantium.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cuppa pe. idē eſt qꝺ doliū. Vn̄ Lucanus in
q̄rto. Nāq₃ ratē vacue ſuſtēratvndiq₃ cuppe.
Cura re. f. p. i. ſollicitudo. anxietas. ꝗ aūt ꝺꝛ cu
ra quaſi coꝛ edens. vel coꝛ vrēs vel quaſi a coꝛ
de ruens. vel coꝛ agitās ethymologia ē nō cō/
poſitio. Differt tn̄ cura a ſollicitudine. qꝛ ſolli
citudo moderata eſt et tp̄alis. ſed cura ſine mo
deramie. Itē cura ē medicina. Vn̄. Cura fugat
moꝛbos ⁊ auarū pectus adurit.

Curatoꝛ toꝛis. m. t. ꝺꝛ qui curā fert de pueris
qui eius etatis ſunt vt ſua negocia admīſtraē
n̄ pn̄t. Vel qui curā alicuius gerit defendēdo
ip̄m a p̄toꝛe ſm̄ leges legitīe datas. Vel q̇ res
adoleſcētis admīſtrat. Et differt a tutoꝛe. qꝛ
curatoꝛ daꝛ p̄ricipaliter reb⁹. et ſecūdario pſo
ne. Tutoꝛ vero primo ⁊ p̄ncipaliter daꝛ pſo
ne. et ſecūdario rebus vel patrimonio.

Curculia lie. fe. p. ⁊ curculias vocant naute fu
nes quib⁹ in tēpeſtate vtūtur ſm̄ Hugui. Pa
dicit. Curculias naute ſuo moꝛe vocāt funes
quibus in tēpeſtatibus vtūtur.

Curculio. onis. f. t. q̇dā vermis q̇ comedit legu
mina. ⁊ ꝺꝛ a gutture. qꝛ pene nihil aliud eſt q̄₃
guttur. q̄i eni totus cōſtat i gutture Et hoc no
mē vitioſe inueniꝛ ſcriptu₃ p g. cū certū ſit eē
ſcribēdū p c. ſ. curculio. ſed hic erroꝛ p̄ceſſit a
deriuatione facta a gutture. Dr̄ eni curculio q̄i
gurgulio a gutture. et hinc facta trāſlatiōe cur
culio ꝺꝛ papus. Cū eni papus eſt inflatus eſt
ſilis illi vermi Totus eni videꝛ cōſtare i gut
ture. et fere nihil aliud eē videꝛ niſi guttur ſm̄
Hug. Pa. dicit. Curculio vermis frumēti vl̄
fabe. Jn̄ curculiūcul⁹. li. dimi. i. pu⁹ curculio.

Curia rie. f. p. ē locus vbi redditꝛ ius. vl̄ hita/
tio principis. ⁊ ꝺꝛ a cura. qꝛ ibi frequēs cura ē
et ſollicitudo de rebus admīſtrādis. De curia
dicit quidam. Curia curaꝝ genitrix. nutrixq₃
maloꝝ. Inuictis victos inhoneſtis equat ho
neſtos. Et eſt ibi quidam coloꝛ rhetoꝛicus. q̇
ꝺꝛ agnominatio. Itē curia. i. meretrix. Unde.
Curia ius curat meretrix eſt curia dicta.

Curialis cō. t. ⁊ hoc le. q̇ ē de curia. vl̄ p̄tinens
ad curiā. vel res curie. Itē curial̄ ꝺꝛ ille q̇ ē of
ficio curie vel iudicis obnoxi⁹. i. obligat⁹. adu
latur p̄ncipib⁹ di. xxxvij. nōne. Vn̄ curiales di
cim⁹ oēs qui quacū₃ cōditiōe obligati ſūt cu/
rie alicui⁹ publice p̄tātis. ſiue milites. ſiue ad
uocati ſint. ſiue iudices. ſiue officiales. ſiue hi/
ſtriones. et breuiter q̇cū₃. ſiue hn̄tes officium
honeſtū ſiue inhoneſtum.

Curio onis. m. t. q̇ eſt de curia. ⁊ cōponiꝛ cū de
vt decurio. Curiōes etiā dicūꝛ qui accipiūt cu
rā de plebe ⁊ ciuilia officia p̄curār et exequūtur
Idē et decuriones ⁊ curiales dicti ſunt

Curioſus a. ū. i. facetus. dicax vrbanus Item
p̄p̄e curioſus ꝺꝛ q̇ vitā alioꝝ inueſtigat ⁊ ſua
interioꝛa ignoꝛat. Jn̄ curioſitas et ſumitur p
ſubtilitate nimia cura exquiſita. de renun. ca.
i. li. vi.

Currax o. t. i. veloꝛ ⁊ curſu potēs. Jn̄ curracul⁹
la. lū. i. aliquātulū currax vel velox

Curriculū li. n. s. i. paruus curſus. vel tp̄is cur
ſus. ſiue ſpaciū. vel etiā ip̄m tēpus. qꝛ nō ſtat
ſed currit. vel locus ſiue ſpaciū in quo ſit cur/
ſus vel officiū currēdi. Et ablatiu⁹ ſingularis
huius nois. ſ. curriculo poniꝛ aduerbialiter p
cito vel celeriter. Vn̄ plautus. Licet nos abi
re curriculo. Et Terētius. Percurrere curricl̄o
Sed ſm̄ Hug. melius ē vt hic et ibi teneatur
in vi ablatiui et ponatur pro curſu. vt ſit ſen/
ſus. Curriculo. i. cito curſu.

Curritis ris. i. Juno. ⁊ ꝺꝛ a cura. qꝛ credebaꝛ
curā gerere populo. vl̄ poti⁹ ꝺꝛ a currus. quia
Juno vtiꝛ curru et armis. Eſt eni dea belli pro
tegēdo populū. ⁊ p̄du. pe. Vn̄ Martial̄ Cur
riti debent memoꝛare bellātes

Currus rus. rui. q̇ddam genus vehiculi Inde
curriculus. i. paruus currus.

Curſilis ꝯ. t. ⁊ hoc le. pe. coꝛ. i ad currendum
facilis.

Curſio onis. f. t. eſt ipſe actus currēdi

Curſoꝛ oꝛis. m. t. ꝺꝛ a curro. vt curſoꝛ dn̄i pape

Curſus. us. ui. ē velocitas pedū. ⁊ ꝺꝛ a cruce.

Curruca ce. f. p. ē quedā auis que alienos pul
los educat vel nutrit. et ꝺꝛ a cuculus eo ꝙ dū
cuculus eius oua ſoꝛbeat ſua relinquēs curru
ca tādiu ea fouet ⁊ pullos natos educat donec
filij inde nati ⁊ excreti eā currucā comedant.
Unde et curruca dicitur ille qui cū credat nu
trire filios ſuos nutrit alienos Hec eadē auis
linoſa dicitur.

Curulis m. t. ē ſedes conſulum vel p̄etoꝝ et
ediliū. et ꝺꝛ curulis quaſi currulis. qꝛ in curru
ferebatur. Inde hic ⁊ hec curulis ⁊ hoc le. adie
ctiuu₃. Et hic et hec curulis qui et dignitate
ſedet in tali ſede. et coꝛ. p̄ima₃. ſed produ. pe.
Unde. Poſſident hanc ſede p̄eſul p̄etoꝛq₃
curulem.

Cuſpis dis f. t. ꝺꝛ p̄p̄e poſterioꝛ ps haſte ⁊ di
citur a ceſpite quaſi a virgulto Diciꝛ tn̄ q̄nq₃
cuſpis ipſa haſta. q̄nq₃ ſummitas haſte. q̄nq₃
haſtile amentatum.

Cuſtos dis. ꝯ. t. i. ſeruatoꝛ paſtoꝛ. p̄curatoꝛ.
Inde hec cuſtodia die ⁊ cuſtodela le. pe. pro/
du. in eodem ſenſu. Et hic cuſtodiarius. ⁊ hec
cuſtodiaria. idem quod cuſtos.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cuſtodia ē exhibitio reoꝝ. vt di. Azo Sed ꝫ legiſtas eſt cuſtodia que fit ī carcerib⁹ publicꝭ et etiā ꝓhibet carceres ꝑuatos. vt ptꝫ ff. C. ⁊ de priua. carce. inhiben.

Cutis is. f. t. i. pellis. ⁊ dꝛ a cote grece qđ ſonat inciſio. Sꝫ pellis dꝛ qꝛ extraneas iniurias corporis tegēdo pellit. Pellis vero detracta iā dꝛ Coriū a carne quā tegit. ſꝫ hoc brutis aīalib⁹ ē ꝓpum. Cutis vero dꝛ. qꝛ primā inciſionem patitur ⁊ cor. cu. Vn̄ Birrhia. Pena tenet ſtimulos innouat illa cutē. Jn̄ cuticula le. i. parua cutis.

Cuticus a. ū. i. ſtupratus corruptus. et dꝛ a cutis. ⁊ cōponiť cū re. vt recuticus a. ū. in codeꝫ ſenſu. vel qui retrouerſam hꝫ pellē mēbri virilis. Vn̄ repcutici ꝓprie dicūtur iudei quaſi retro hn̄tes cutē. i. circūciſi. Carēt eni anteriori pelle virilis mēbri. Vn̄ Martiaľ ad ſuā vxorē ait. Nec recuticoꝝ fugis inguina iudeoꝝ Et Perſius. Recuticaqꝫ ſabbata pellis.
Et vocant ſabbata recutica ꝓpter recuticos. qꝛ ad eos ptinēt ⁊ ea celebrāt.

## D ante A

Dabir ſiue dauir oraculū dici. ſꝫ in li. Regꝫ. interp̄tatur loq̄la
Dabreiamin. lib q̄ dꝛ ſermo dierum. i. paralipomenon
Dactyloss grece. latine digitus dꝛ.
Dactylus li. m. s. i. fructus palmaꝝ. ⁊ dꝛ a dactylo y qđ ē digitus. qꝛ digitoꝝ ſilitudinē imitari videť Jtē dactylus eſt quidē pes metric⁹ qui ad modū digiti a lōgiori mō inchoās. in duas deſinit breues. vt carmīa mēalus. Jn̄ dactylic⁹ a. ū. vt dactylicū metrū. qđ ꝯſtat ex dactylis. vel in quo dactylus magis dn̄atur.
Dactylus etiā inuenitur pro digito vel anulo apud nos ſm̄ Hugui.
Dacus ci. quidā populus. et dꝛ a dacus q̄i dagus. qꝛ de geroꝝ genere dicūť fuiſſe creati daci Et declinať hic dacus ci. p pplo illius terre. et hec daca ce. p feia. ⁊ dacus ca. cū. Jnde hec dacia. cie. terra coꝝ.
Dagon indecli. maſ. ge. idolum fuit in azoto vbi arca dei capta fuit
Dalila interpretatur paupcula ľ ſitula cōiūx. Sampſonis fuit.
Dalmanuta locus quidā eſt. de quo habetur Marci viij
Dalmatica regio ē. Jnde dalmatic⁹ a. ū. Jtē dalmatica ce. pe. cor. ē quedā veſtis ſacerdotaľ primū in dalmatica regione cōtexta
Dalū li. n. s. mimū velū ad nauis prorā fixū

Dama me. f. p. ē quoddā aīal quadrupes vt dicūt caprea. ⁊ videť dici a de et manu Jn̄ dama q̄i dema. eo q̄ de māu fugiat Pap. vero di. Dama incerti gene. aīaliū genus timidū ⁊ imbecille canes nimiū fugiens.
Damaris pe. cor. nom̄ ē cuiuſdā mulieris Vn̄ in Aurora. Credis et o Damaris quam moꝝ gratia ditat.
Damaſc⁹ vrbs ē ſyrie. ꝯdita et denoīata a damaſco. ľ ab Eleazaro diſpēſatore Abrae Dec antea in oī ſyria tenuit principatū. Damaſc⁹ interp̄tať ſanguinē bibens. qꝛ interfectus fuit ibi Abel a Cain. abſcōſuſqꝫ in ſabulo flumīs Jn̄ damaſcenus a. ū. pe. pd. nomē gentile Vn̄ in paralipō. xviij. Supueīt āt in ſyrius damaſcenus Jtē damaſcena. ne. quedā arbor. ſ. quoddā genus prunoꝝ. qꝛ ibi multū abūdat et melior. vel qꝛ primo inde aduecta ē. Jn̄ damaſcenū fructus eius.
Damnū eſt diminutio vel adēptio patrimonij. et dꝛ a demo vľ diminuo ſꝫ hoſtiē. ff. de dā infec. l. iij. Etiā q̄ñꝫ dānum ē lucrum ceſſans. Jtē dānū ſubito et nobis neſcientibus fit. ſꝫ iacturā ſcientes ⁊ vltro patimur. detrimentuꝫ vero leue dānū ē Jn̄ dānoſus a. ū. q̄ fert dānū et ꝯpatur. Jn̄ dānoſe aduer. ⁊ dānoſitas tatꝭ.
Damula le. f. p. cor. i. pua dama ſꝫ Hugꝭ. Papias di. Damula gen⁹ fere caprioli ſilis. vel vt quidam dicunt muſtela
Dan interp̄tať iudiciū aut iudicās. Fuit enīꝫ filius iacob ex ancilla Rachael. Bala eni dū eā pepiſſet dixit Rachael dn̄a eius Judicame dn̄s et exaudiens dedit mihi filiū. ⁊ ita cāꝫ nōis expreſſit. vt qꝛ iudicaſſet dn̄s filio ācille iudiciū nomē imponeret De cui⁹ genere ľ tribu naſciturus ē antixp̄us Et ī h⁹ figurā Dan nō cōnumeratur inter centū quadragita quattuor milia ſignatos Apoca. vij.
Danai dicūtur greci a Dano rege.
Daniel interp̄tatur iudiciū dei. a dan qđ ē iudiciū. et el qđ eſt deus.
Daniſta ſte. m. p. i. fenator. ⁊ dꝛ a danus.
Danubius bij. m. s. germanie fluuius dꝛ a vi et copia niuiū q̄b⁹ magis augeť. Jſte ē q̄ ⁊ in europa plus oībus hꝫ famā. Jdē hiſter. qꝛ dū p innūeras vadit gētes. mutat nomē et maiores vires acquirit. Oriť aūt germanicis iugꝭ in occidētalibus ptib⁹ barbaroꝝ. pgēs contra oriētem ſexagita fluuios in ſe recipit. ſeptē oſtijs in ponticū mare intrat
Danus ni. m. s. i. fenator. a do. das.
Dapax o. t. i. loq̄x ⁊ facūdus ex cibo ⁊ dꝛ a dapes Jnde dapaticus. a. ū. pe. cor. qđ ē dapti.